Pe. Id quidem edepol nunq̃ erit nam nihil eſt:quod perdam domi
Cum uiro cum uxore. Me.dii uos perdant:properabo ad forum
Nam ex hac familia me plane excidiſſe intelligo:
Excidiſſe ex hac familia
Male mihi uxor ſeſe feciſſe cenſet:quom excludit foras.
Quaſi non habeam:quo intromittar alium meliorem locum.
Si tibi diſpliceo patiundum:at placuero huic erotio
Quæ me non excludet a ſe.ſed apud ſe occludet domi.
Nunc ibo orabo ut mihi pallam reddat:quam dudum dedi
Aliam illi redimam meliorem:ecquis hic eſt ianitor.
Aperite:atq; erotium aliquis euocate ante hoſtium.

Erotium. Menæchmus.

Vis hic me quærit ſibi inimicitias magiſq̃ ætati ſuæ
q Menæchme cur ante ædis aſtas: ſequere intro. Me.mane
Scin qd ẽ:q; ego ad te uẽio. Ero.ſcio ut tibi ex me ſit uolu(ptas
Me. Immo edepol pallam illã amabo te:quã tibi dudũ dedi
Mihi eam redde:uxor reſciuit rem omnem:ut factum eſt ordine
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam quam uoles
Ordine
Bis tanto pluris
Er. Tibi dedi equidem illam ad phrygionem ut ferres paulo prius:
Et illud ſpinter ut ad aurificem ferres:ut fieret nouum
Me. Mihi tu dederis pallam & ſpinter:nunq̃ factum reperies.
Nam ego quidem poſtq̃ illam dudum tibi dedi:atq; abii ad forum.
Nunc redeo:nunc te poſt illac uideo. Er.uideo quam rem agis
Quia cõmiſi ut me defrudes:ad eam rem affectas uiam.
Defrudes
Me. Neq; edepol te defrudandi cauſa poſco quin tibi dico
Vxorem reſciuiſſe:nec te ultro oraui ut dares erotium
Er. Tu te ultro ad me detuliſti:dediſti eam dono mihi.
Eandem nunc repoſcis:patiar:tibi habe:aufer:utere.
Vel tu uel tua uxor:uel etiam in oculos compigite.
Compingite ĩ oculos
Tu huc poſt hunc diem pedem intro non feres ne fruſtraſſis.
Quando tu me benemerentem tibi habes deſpicatui
Habes deſpicatui
Niſi feres argentum fruſtra me ductare non potes.
Ductare
Aliam poſthac inuenito:quam habeas fruſtratui.
Habeas fruſtatui
Me. Nimis iracunde hercle:tandem heus tu tibi dico mane
Redi. Er.etiam ne aſtas:etiam audes mea reuorti gratia.
Me. Abiit intro ocius:ita ædis nunc ego ſum excluſiſſimus
Excluſiſſimus
Neq; domi:neq; apud amicam mihi iam quicq̃ creditur.
Ibo:& conſulam hanc rem amicos:quid faciundum cenſeant:

Menæchmus Aduena. Mulier.

Me. Imis ſtulte dudum feci:cũ marſupiũ meſſenioni cũ argẽto
n Concredidi:imerſit aliquo ſeſe credo in ganeum.
Ganeum
Mu. Prouiſam q̃ mox uir meus redeat domum:ſed eccum uideo
Salua ſum pallam refert. Me.demiror ubi nũc ambulet meſſenio.
Mu. Adibo atq; hominem accipiam quibus dictis:hæret.
Non te pudet prodire in conſpectũ meum flagitiũ hoĩs cũ iſtoc
Ornatu. Me.qd eſt? quæ res te agitat mulier. Mu. etiã ne ĩpudẽs



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mutire unũ uerbũ audes aut mecum loqui?
Me. Q uid tandem admiſi in te ut loqui non audeam?
Admiſi in te
Mu. Rogas me hominis impudentem audaciam. Me. non tu ſcis
Mulier hecubam quapropter canẽ græci eſſe prædicabant.
Mu. Non equidẽ ſcio. Me. quia idẽ faciebat hecuba quod tu nũc facis
Mala ĩgerebat
Omnia mala ingerebat: quẽcq; aſpexerat:
Itaq; adeo iure cœpta appellari canis.
Mu. Non ego iſtæc flagitia poſſum perpeti: nã eam ætatẽ uiduã eſſe
Mauelim: quam iſtæc flagitia tua pati: quæ tu facis.
Me. Q uid id ad me: tu te nuptam poſſis perpeti: an ſis abitura a tuo
Viro an non. ita ẽ: hæc peregrino ut aduenienti narrat fabulas.
Nõ patiar quin
Mu. Q uas fabulas? non inquã patiar præter hac quin uidua
Viuam quam tuos mores perferam. Me. mea quidem hercle cauſa
Vidua uictita: uel uſq; dum regnum obtinet iupiter.
Mu. At mihi negabas dudũ ſubrupuiſſe te nunc eadẽ ante oculos
Attines: nõ te pudet. Me. heu hercle mulier multum
Et audax & mala es: tun tibi hanc ſubreptam dicere audes?
Q uam mihi dedit alia mulier ut concinnandam darem.
Mu. Ne iſtuc me caſtor iam patrem accerſam meum: atq; enarrabo
Tua flagitia. quæ facis hei decio: quære meum patrem: tecũ ſimul
Vt ueniat ad me: ita rẽ eẽ dicito: iam ego apperiã iſtæc tua flagitia
Me. Sanan es: quæ mea flagitia: Mu. pallam atque aurum meum domo
Suppilas Degeris
Suppillas tuæ uxori: & tuæ degeris amicæ ſati hæc recte fabulor
Me. Q uæſo hercle mulier ſi ſcis monſtra quod bibam tuã qui poſſim
Perpeti petulantiam: quem tu hominem arbitrare: Mul. neſcio
Ego te: Me. ſcis me. Mu. non te noui cum perthaones me derides
At pol illum non potes patrem meum huc q aduenit quin reſpicis
Nouiſtin tu illum. Me. noui cum calea ſimul
Eodem die uidi illum: quo te ante hunc diem. Mu. negas
Nouiſſe me? negas patrem meum. Me. idem hercle dicam
Si auum uis adducere? Mu. ecaſtor pariter hoc atq; alias res ſoles

Senex. Mulier. Menæchmus.

Gradum ꝓferam
T ætas mea ẽ: atq; ut hic uſus facto ẽ gradũ ꝓferã: ꝓgredi
a Properabo: ſed id q̃ facile ſit mihi: haud ſum falſus.
Conſitus ſenectute
Nam pernicitas deterit. cõſitus ſum ſenectute: onuſtũ gero
Corpus. uires reliquere: ut ætas mala eſt mors mala eſt ergo
Nam res plurimas peſſumas cũ aduenit affert: quas ſi
Autumem omnis: nimis longus ſermo eſt: ſed eo res mihi
Autumem
In pectore & corde dura eſt: qd nam hoc ſit negocii. quod filia ſic
Repente expetit me: ut ad ſe ſe irem. nec quid id ſit mihi
Certius facit quid uelit: quid me accerſit: uerũ propemodũ iã ſcio
Q uid ſiet rei: credo cum uiro litigium natum eſſe aliquod
Ita iſtæc ſolẽt: q̃ uiros ſubſeruire ſibi poſtulãt: dote fretæ feroces
Et illiquo haud abſtinent ſæpe culpa: uerũ eſt modus tamen.
Q uo id pati uxorem oportet nec pol filia unquã patrẽ accerſit



Ad ſe niſi aliqd cõmiſſi adiurgii ẽ cauſa: ſed qcqd id ẽ. iam ſciam.
Atq; eccam eam: ipſam ante ædis. & eius triſtem uirum uideo.
Id eſt quod ſuſpicabar: appellabo hanc: ibo uorſum.
Mu. Salue multũ mi pater? Se. ſalua ſis ſed cur ab tuo
Seruo accerſi iubes? quid tu es triſtis: qd ille autẽ abs te iratus
Velitati eſtis
Deſtitit? neſcio quid uos uelitati eſtis inter uos duos.
Logi
Loquere uter meruiſtis culpã paucis: non longos logos.
Mu. Nuſq̃ equidem quicq̃ deliqui: hoc primum te abſoluo pater:
Durare hic
Verum uiuere hic nõ poſſum: neq; durare ullo modo: proin tu me
Hinc abducas. Sen. quid iſtuc autem eſt. Mu. ludibrio pater
Habeor. Se. unde. Mu. ab illo cui me mandauiſti meo uiro
Se. Ecce autẽ litigiũ: quotiens tandẽ edixi tibi: ut caueres
Ne uter ad me iretis cũ querimonia. Mu. qui eſto iſtuc mi pater
Cauere poſſum. Se. men interrogas? niſi non uis quotiens
Monſtraui tibi uiro ut morem geras. qd ille faciet ne id obſerues
Q uo eat: quid rerũ gerat? Mu. at enim ille hinc amat meretricem
Ex proximo? Se. ſane ſapit: ob iſtanc induſtriam etiam faxo
Amabit ãplius. Mu. atq; ibi potat. Se. tua qd ille cã potabit minus
Quæ malum impudentia
Siue illic ſiue alibi libebit: quæ hæc (malũ) impudentia eſt?
Vna opa ꝓhibere ad cœnam ne promitat poſtules: neue quenq̃
Accipiat alienum apud te ſeruire tibi poſtulas uiros? dare
Vna opera
Vna opera penſũ poſtules: iter ancillas ſedere iubeas lanã carpere
Mu. Non quidem mihi aduocatũ pater adduxi: ſed uiro.
Hinc ſtas illinc cauſã dicis
Hinc ſtas illinc cãm dicis ſi ille quid deliquerit?
Multo tanto
Se. Multo tanto illum accuſabo q̃ te accuſaui amplius.
Auratam te habet
Q uãdo te auratam & ueſtitã bene habet: ampula ſpem.
Recte perhibent: melius ſanam ẽ mulier mentem ſumere.
Suppilat
Mu. At ille ſupillat mihi aurum: & pallas ex arcis modo
Me deſpoliat: mea ornamenta etiã ad meretrices degerit.
Se. Malefacit ſi iſtuc facit: ſi non facit: tu male facis.
Q uæ inſontem inſimules. Mu. qn etiã nunc habet pallam
Pater & ſpinter. qd ad hãc detulerat: nunc qa reſciui refert.
Se. Iam ego ex hoc ut factũ ẽ ſcibo ad hominẽ atq; eloquar
Dic mihi iſtuc menæchme: quod uos diſſertatis. ut ſciam
Q uid tu triſtis es? quid illã autẽ iratam abs te deſtituis
Me. Q uiſquis es: qcqd tibi nomen eſt ſenex: ſũmum iouem
Deoſq; deteſtor qua de re: aut cuius rei rerum omnium
Me neq; iſti male feciſſe mulieri: quæ me arguit
Subripuiſſe Abſtuliſſe
Hanc domo ab ſe ſubripuiſſe: atq; abſtuliſſe delirat:
Si ego intra ædis huius unq̃ ubi habitat penetraui.
Omniũ hominum exopto ut fiam miſerorum miſerrimus.
Se. Sanun es: qui iſtuc exoptes: aut neges te unquam pedem
In eas ædes intuliſſe ubi habitas inſaniſſime.
Me. Tum ſenex ais habitare me in illiſce ædibus. Se. tu negas?
Me. Nego hercle uero: imo occludere negẽ: niſi qua nocte emigraſti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Se. Concede hac filia qd tu agis? non hinc emigraſti. Mu. quē in locū aut q̄ ob rem obſecro.
Non edepol ſcio. Mu. profecto ludit te hic non tu te tenes
Vultum furentis
Se. Iam uero menæchme ſatis iocatus: nunc ad rem age redi
Viere
Me. Q uæſo quid mihi tecum eſt: unde aut quis homo tu es?
Tibi aut adeo iſti: quæ mihi moleſta eſt quoquo modo.
Oculi ſcītillant
Mu. Viden tu illi oculos uiere: ut uiridis exoritur color:
Ex temporibus: atq; fronte: ut oculi ſcintillāt uide.
Me. Q uid mihi: melius ē quādo illi me inſanire prædicant
Pādiculās oſcitatur
Ego me adſimulē inſanire: ut illos a me abſterream.
Mu. Vt pandiculās oſcitatur: quid nunc faciam mi pater.
Se. Concede huc mea nata ab iſtoc q̄ potes longiſſime.
Me. Euboe atq; heu bromie quo me inſiluam uenatū uocas.
Audio: ſed non abire poſſum ab his regionibus
Ita illa me ableua rabioſa fœmina obſeruat canis.
Arcus
Poſt autem illi circo ſalus: qui ſæpe ætate in ſua
Perdidit ciuem innocentem falſo teſtimonio.
Se. Ve capiti tuo? Me. ecce apollo mihi ex oraculo imperat
Vt illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
Mu. Peri mi pater minatur mihi oculos exurere
Me. Hei mihi inſanire me aiunt ultro cum ipſi inſaniunt.
Se. Filia. Mu. heus qd ē. quid agimus: Se. qd ſi ego huc ſeruos cito
Occupo cōſilium
Ibo abducam qui hūc hinc tollant: & domi deuinciant.
Priuſquā turbarū qd faciat. Me. amplius enim hereo.
Ni occupo aliqd mihi conſilium: hi domū me ad ſe auferent
Pugnis. Mu. notas in huius ore quicquā pater.
Se. Næ iam his oculis abſcedat in malam magnam crucem:
Me. Faciam quod iubes apollo? Se. fuge domum quātū potes
Ne hic te obtundat. Mu. fugio amabo: obſerua iſtūc mi pater:
Ne quo hinc abeat: ſum ne ego mulier miſera: quæ illæc audio
Aut male illū c amo uirum hunc impuriſſimum
Cygno prognatum patre
Barbatū: tremulū titanum ꝓgnatum cygno patre.
Artua
Me. Ita mihi iperas ut ego huius mēbra atq; oſſa atq; artua
Scipio
Cōminuā illo ſcipione: quē ipſe habet. dabit̄ malum.
Se. Me quidē ſi attigeris: aut ſi ꝓpius ad me acceſſeris.
Exoſſem
Me. Faciam quod iubes ſecurim capiā ancipitem: atq; hunc
Aſſulatim
Senem exoſſem: niſi dedolabo aſſulatim uiſcera
Se. Enimuero illud præcauēdū eſt atq; accurandum mihi.
Sane ego illū metuo: ut minatur: neqd male faxit mihi:
Me. Multa mihi imperas apollo: nūc equos uinctos iubes
Capere me indomitos feroces: atq; currum inſcendere
Vt ego hunc proteram leonem gætulū olentem edentius
Iam aſcēdo in currū: iā lora teneo iā ſtimulſt in manuſt
Agite equi: facitote ſonitus ungularum appareant
Curſu celeri: facitote in flexu ſit pedum pernicitas.



Mihin equis iunctis manere: ecce apollo denuo
Me iubes facere impetum in eū qui ſtat atq; occidere.
Sed quis hic eſt: qui me capillo hinc de curru deripit.
Se. Imperiū tuum demutat: atq; edictum apollinis.
Heu hercle morbum acrem & durum: dii uoſtram fidem.
Vel hic qui inſanit: quā ualuit paulo prius.
Derepente.
Ei derepente tantus morbus incidit.
Ibo atq; accerſam medicum iam quātū poteſt.

Menæchmus. Sacerus Seruus.

Me. Am ne iſti abiere quæſo ex conſpectu meo.
i Q ui me ui cogunt: ut ualidus inſaniam.
Q uid ceſſo ire ad nauem: dum ſaluo licet:
Platea
Voſque omnis quæſo ſi ſenex reuenerit
Ne me indicetis qua platea hinc aufugerim.
Recipere ſe
Sa. Lumbi ſedendo: oculi expectando dolent.
Manendo medicum: dum ſe ex opere recipiat.
Odioſus tandem uix ab ægrotis uenit.
Ait ſe obligaſſe crus fractum æſculapio
Apollini autem brachium. nunc cogito
Verum me dicam ducere medicum: an fabrum:
Formicin⁹. gradus
Atq; eccum incedit: moue formicinum gradū.

Senex. Medicus.

Se. Q uid eēt illi morbi dixeras? Me. narra ſenex
Laruatus
Ceritus.
q Num laruatus: aut ceritus fac ſciam.
Veternus.
Aqua intercus.
Num eū ueternus: aut aqua intercus tenet.
Se. Q uin ea cauſa duco te: ut id dicas mihi
Atq; illū ut ſanū facias. Me. perfacile id quidem eſt
Sanum futurum: mea ego id promitto fide.
Se. Magna cum cura ego illum curari uolo.
Me. Q uin ſuſpirabo plus ſexcentum in dies
Ita ego illum cum cura magne curabo tibi.
Se. Atq; eccum ipſum hominē obſeruemus: quā rem gerat.

Menæchmus Adol. Senex. Medicus.

Peruorſus dies.
Me. : Depol ne hic dies puorſus atq; aduorſus mihi obtigit
e Q uæ me clam ratus ſum facere: ea omnia fecit palā
Parasitus qui me cōpleuit flagitii & formidinis.
Meus ulyſſes ſuo qui regi tantū conciuit mali.
Soluā uita
Q uem ego hominē ſiquidem uiuo uita ſoluam ſua
Sed ego ſtultus ſum qui illius eſſe dico: quæ mea ſit.
Priuabo anima.
Meo cibo & ſumptu educatus eſt: anima priuabo uirum.
Condigne autem hæc meretrix fecit: ut mos eſt meretricius
Q uia rogo pallam ut referatur rurſum ad uxorem meam
Mihi ſe ait dediſſe heu ædepol ne ego hō uiuo miſer?
Se. Audin quæ loqt̄. Me. ſe miſerum prædicat. Se. adeas uelim.
Me. Saluus ſis menechme: quæſo cur aptas brachium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nõ tu ſcis quãtum iſti morbo nunc tu te facias mali.
Mẽ. Q uin te tu ſuſpendis. Me. ecqd ſentis. Mẽ. quidni ſentiam:
Elleborum
Me. Non poteſt hæc res elebori iugere obtinerier
Sed q̃d ais menechme? Mẽ. qd uis? Med. dic mihi hoc q̃d te rogo
Album an atrũ uinũ potas? Men. quin tu is ĩ malã crucem.
Primulum Purpureũ panem
Se. Iam hercle occeptat inſanire primulũ. Mẽ. qn tu me ĩterrogas
Purpureum panem an puniceum ſoleam ego eſſe: an luteum:
Soleam ne eſſe auis ſquamoſas. piſcis pẽnatos: Se. papæ
Audin tu ut deliramenta loquitur: quid ceſſas dare
Potionis aliquid priuſquam percipit inſania.
Med. Mane modo etiam pcuntabor alia. Se. occidis: fac iam.
Med. Dic mihi hoc: ſolent tibi unquam oculi duri fieri
Crepant inteſtina
Mẽ. Q uid tu me locuſtam cenſes eſſe homo ignauiſſime:
Me. Dic mihi en unq̃ inteſtina tibi crepant quod ſentias?
Nulla
Mẽ. Vbi ſatur ue ſum nulla crepitant: quando eſurio tunc increpant
Haud pro inſano reſpondit
Med. Hoc quidem edepol haud pro inſano uerbum reſpondit mihi:
Perdormiſcin
Perdormiſcin uſq ad lucem? Mẽ. facilin tu dormis curans?
Perdormiſco ſi reſolui argentum cui debeo.
Mẽ. Q uin te iupiter diq omnes pcunctator perdiunt
Se. Nunc homo inſanire inceptat. de illis uerbis caue tibi.
Præ ut dudum fuit
Modeſtior nunc quidem eſt de uerbis præ ut dudum fuit.
Nam dudum uxorem ſuam eſſe aiebat rabioſam canem.
Mẽ. Q uid ego dixi. Se. ĩſanis inquã. Mẽ. ego ne. Se. tu iſtic q mihi
Etiam me iũctis quadrigis minitatus proſternere
Egomet ecce uidi facere: egomet ecce arguo.
Mẽ. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe iouis.
Et ob eam rem in carcerem te eſſe cõpactum ſcio.
Et poſtq̃ es emiſſus ceſum uirgis ſub furca ſcio.
Tum patrem occidiſſe: & matrem uendidiſſe etiam ſcio.
Proſano
Satin hæc proſano maledicta maledictis reſpondeo.
Se. Obſecro hercle medice propere quicquid ſcis facturus face
Non uides hominem inſanire. Me. ſcin qd facias optimum
Ad me face ut efferatur. Se. itan cenſes? Me. quidni.
Ibi meo arbitratu potero curare hominem. Se. age ut lubet:
Mẽ. At ego te pendentem fodiam ſtimulis triginta dies:
Me. Eleborum potabis faxo aliquos uiginti dies.
Accerſe homines qui illũ ad me deferant. Se. quot ſunt ſatis?
Mẽ. Proinde ui inſanire uideor. Med. quatuor nihil hominus:
Se. Iam hic erunt adſerua tu iſtuc medice. Me. immo ibo domum
Vt parentur quibus paratis opus eſt: tu ſeruos iube hunc
Ad me ferant? Se. iam ego illic faxo erit? Me. abeo. Se. uale.
Mẽ. Abiit ſocerus: abiit medicus: nunc ſolus ſum: proh iupiter:
Q uid illuc eſt. quod hi homines inſanire prædicant.
Cepio
Neque ego ſanio neque pugnas ue litis cepio
Sanos: ſaluos: alios uideo: noui homines adloquor.



An illi perperam inſanire me uolunt: ipſi inſaniunt?
Q uid ego nunc faciam? domum ire cupio. uxor non ſinit:
Huc autem nemo intromittit: nimis prouentum ẽ nequiter.
Hic ergo uſq ad noctem ſaltem credo intromittat domum

Meſſenio Seruus.

Pectamen bono ſeruo id eſt qui rẽ herilẽ procurat uidetur Spectamẽ
ſ Collocat: cogitatque ut abſente hero rẽ heri diligẽter tuteẽ
Q uam ſi ipſe adſit. aut rectius tergũ q̃ gulã: cruraq̃ uẽtrẽ
Oportet potiora eſſe cui cor modeſte ſitum eſt.
Recordetur id: qui nihili ſunt: quid iis precii detur.
Ab ſuis heris: ignauis: improbis uiris: uerbera: compedes
Molæ magna laſſitudo: fames. frigus durum. Frigus durum
Hæc precia ſunt ignauiæ: id ego male malum metuo
Propterea bonum eſſe certumſt: potiuſq̃ malum.
Nam magis multo patior facilius uerba: uerbera ego odi.
Nimioque edo libentius molitum: quã molitũ perhibeo:
Propterea heri imperium exequor bene & ſedate. Molitum Bene. ſedate.
Seruo id: atque id mihi prodeſt: aliis eſſe ita ut in rem
Eſſe dicunt: ſin ego ero ut me eſſe oportet. mecum id mihi
Adhibeam culpa abſtineam: hero ut omnibus in locis ſim præſto. Vtibiles
Serui qui culpa carent & metuunt ſolent eſſe heris utibiles.
Nam illi qui nihil metuunt: poſtq̃ malum pmeritum eſt: metuunt Ceruſo: p̃ciũ exoluet
Mecum haud multũ prope ẽ: quando ceruſo faciã. preciũ exoluet
Ego exemplo ſeruio. tergi ut in rem eſſe arbitror poſtq̃
In tabernã uaſa & ſeruos collocaui: ut iuſſerat.
Ita uenio aduorſum. nunc fores pultabo: adeſſe ut me ſciat.
Atq meum ex hoc ſaltem damno alium eluo anfora.
Sed metuo ne ſero ueniam depugnato prœlio: Depugnato prœlio

Senex. Menæchmus. Lorarii. Meſſenio. Seruus.

Er ego uobis deos atque homines dico: ut imperiũ meum
P Sapienter habeatis utque imperaui atque impero: facile
Illic homo iam in medicinam ablatus ſublimẽ ſiet. Medicina
Niſi quidem uos ueſtra crura. aut latera nihilipenditis.
Cauete quiſquam quod illic minitetur uoſtrum flocciſecerit.
Q uid ſtatis. qd dubitatis: iam ſublimem raptum oportuit Raptum oportuit
Ego ibo ad medicum: præſto ero illic: ut uenietis. Mẽ. occidi
Q uid hoc eſt negocii: quid illic homines ad me currunt obſecro.
Q uid uoltis uos quid quæritatis: quid me circunſiſtitis.
Q uo rapitis me: quo fertis me: perii. obſecro uoſtram fidem
Epidannienſes ſubuenite ciues quid me mittitis.
Meſ. Proh dii immortales obſecro: quid ego oculis aſpicio meis.
Herum meum indigniſſime neſcio quid ſublimem ferunt. Suppetias ferre
Mẽ. Ecquis ſuppetias mihi audet afferre? Meſ. ego here audaciſſime
O facinus indignum & malum epidãnii ciues. herum Luci
Meũ hic ĩ pacato oppido luci deripier ĩ uia q̃ liber ad uos uenerit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Inſignite

Pugnoſ ob ſeram

Mittitis? Me.nunc obſecro te quiſquis es:operam mihi ut des.
Neu ſinas in me inſignite fieri tantam iniuriam:
Meſ. Immo & operam dabo.& defendā.& ſubuenibo ſedulo.
Nunq̄ te patiar perire.mederi te cuius.
Eripe oculum iſti ab humero qui tenet here te.obſecro
Hiſce ego iam ſementem in ore faciam.pugnoſq; obſeram.
Maximo hodie malo hercle noſtro iſtunc fertis:mittite.
Meſ. Teneo ego huic oculū.Meſ.face ut oculi locꝰ i capite appareat
Vos ſceleſti:uos rapaces:uos prædones? Lor.perimus
Obſecro hercle? Meſ.mittite ergo.Men.qd me uobis tactioſt
Plecte pugnis.Meſ.agite.abite:fugite hinc in malam crucem.
Hem tibi etiam quia poſtremus cedis hoc præmii feres
Nimis haud bene ora cōmentaui.atq; ex mea ſententia
Edepol here næ tibi ſuppetias tempore adueni modo.
Me. Et tibi di ſemper adoleſcens:quiſquis es:faciant bene
Nam ſi abſq; te eſſet hodie nunq̄ ad ſolem occaſum uiuerem.
Meſ. Ego edepol ſi recte facias here me emittas manu.
Mē Liberem ego te? Meſ.uerum quādo quidem here te ſeruaui.
Mē.Q uid ē adoleſcēs:erras? Meſ.qd erro.Me.per iouē adiuro p̄rem
e herum tuum non eſſe? Meſ.non taces.Me.non mentior.
Ne meus ſeruus unquam tale fecit quale tu mihi.
Meſ. Sic ſine igitur ſi tuum negas me eſſe abire liberum cum uiatico.
Me. Mea quidem hercle cauſa liber eſto:atq; abito quo uoles.
Meſ. Nempe iubes? Me.iubeo hercle.ſi qd imperii eſt in te mihi.
Meſ. Salue mi patrone:Me.cum tu liber es meſſenio gaudeo.
Meſ. Credo hercle uobis:ſed patrone te obſecro ne minus īperes mihi
Q uam cum tuus ſeruus fui apud te:habitabo & quando ibis una
Tecum ibo domum? Me.minime? Meſ.nunc ibo in tabernā:uaſa
Et argentum ibi referā? Me.recte:ē obſignatū in uidulo marſupiū
Id ſi attulerit dicam ut a me abeat liber quo uolet
Cum uiatico.Meſ.id tibi iam nunc afferam.Men.affer ſtrenue.
Meſ. Saluum tibi ita ubi mihi dediſti reddibo.ludificata ero hominem
hic me mane.
Mē. Nimia mira mihi quidem hodie exorta ſunt:mira modis
Alii me negant eſſe qui ſum:atque excludunt foras
Etiam hic ſeruum eſſe ſe meum aiebat:quem ego emiſi manu:
Is ait ſe allaturum cum argento marſupium.
Id ſi attulerit:dicam ut a me abeat liber quo uolet:
Ne dum quando ſanus factus ſit:a me argentum petat.
Socer & medicus me inſanire dicebant.quid ſit
Mira ſunt hæc nihilo mihi eſſe uidentur ſetius q̄ inſomnia.
Nunc ibo intro ad hanc meretricem:q̄q̄ ſuccenſet mihi
Si poſſum exorare ut pallā reddat.quam referam domum.
Menæchmus.Soſides.Meſſenio ſeruus.

Cōmētaui
Suppetias adueni
Abſq; te eſſet
Solē occaſum

Vidulum

Reddibo

Nihilo ſetius



Men. En hodie uſquam conueniſſe audax audes dicere
m Poſtq̄ aduorſum mihi imperaui ut huc uenires
Meſ. Q uin mō eripui homies.qui te ferebāt ſublimē quattuor
Apud haſcæ ædis tu clamabas deum fidem atque hominū omniū.
Q uin ego accurro:teque eripio oppugnando.ingratus
Ob eam rem:quia te ſeruaui me amiſiſti liberum
Q uom argentum dixi me petere & uaſa.
Tu quantum poteſt percurriſti obuiā:ut quæ feciſti inficias eas.
Men. Liberum ego te iuſſi abire? Meſ.certo.Me.cui certiſſimunſt
Me a te potius fieri ſeruum q̄ te unq̄ emittam manu.
Menæchmus.Meſſenio.Soſides Menechmus:
Me. I uoltis per oculos iurare:nihilo hercle ea cauſa magis
ſ Facietis:ut ego hodie aſtulerim pallam.& ſpinter peſſume.
Meſ. Proh dii īmortales qd ego uideo? Mē.qd uides? Me.ſpeculū tuū
Me. Q uid negocii ē.Meſ.tua ē imago tā cōſimilis ē q̄ pōt.
Me. Pol profecto haud diſſimilis:meā formā noſcito
Me. O adoleſcens ſalue qui me ſeruaſti:quiſquis es.
Meſ. Aduleſcens quæſo hercle loquere tuum mihi nomen niſi piget.
Me. Non me edepol ita promeruiſti de me:ut pigeat quæ uelis
Mihi eſt menæchmus nomē.Me.immo edepol mihi.
Me. Siculus ſum ſiracuſanus.Me.ea domus & patria eſt mihi.
Me. Q uid ego ex te audio? Me.hoc quod res eſt.Meſ.noui
Noui equidem hunc herus eſt meus:ego quidem huius ſeruus ſum
Sed me eſſe huius credidi:ego hunc cenſebam eſſe te
Huic etiā exhibui negocium:quæſo ignoſcas:ſiqd ſtulte dixi atq;
Imprudenter tibi.Men.delirare mihi uidere non cōmeminiſti
Simul te hodie mecum exire e naui.Meſ.æquum poſtulas.
Tu herus es.tu ſeruum quære:ſalueto tu:tu uale
Hunc ego eē aio menæchmū.Men.at ego me.Mē.q̄ hæc fabula ē
Tu es menæchmus? Mē.me eſſe dico moſcho prognatū patre.
Mē: Tu nam meo patre es prognatus? Mē.immo quidem aduleſcens
Nec tuum tibi neque occupare neque præripere poſtulo.
Meſ. Dii imortales ſpē inſperatam date mihi quam ſuſpicor:
Nam niſi me animus fallit.hi ſunt gemini germani duo nā & patrē
Et matrem cōmemorant pariter qui fuerunt ſibi:
Sed uocabo herū menæchme.Mē.quid uis? Meſ.nō ambos uolo.
Sed uter ueſtrum eſt aduectus naui mecum.Me.non ego?
Meſ. At ego te uolo igitur huc concede.Me.conceſſi quid eſt.
Meſ. Illic homo aut ſycophanta:aut geminus ē frater tuus:
Nam ego hominem homini ſimiliorem nunq̄ uidi alterum:
Nec aqua aquæ.nec lacte lacti.crede mihi uſq̄ ſimilius:
Q uā hic tui eſt:tuq; huius:poſtea autem eandem patriā ac patrē
Memorat:melius nos adire atq; hunc perconctarier.
Me. Hercle quin tu me admonuiſti recte:& habeo gratiam.
Perge operam dare obſecro hercle:liber eſto ſi inuentus.

Inficias ire.

Speculum.

Noſcito.

p̄meruiſti.

Exhibui negocium.

Occupare.
tuum tibi
Præripere.

Lacte.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nunc fratrem meum eſſe ſpero. Meſ. & ego idem ſpero fore
Quid uis tu: menæchmũ opinor te uocari dixeras. Mē. ita uero
Meſ. Huic item menæchmo nomē ē: i ſicilia te ſyracuſis natũ eē dixiſti.
Hic natus ē ibi: moſcum tibi patrem fuiſſe dixti: huic itidem fuit.
Nũc operā poteſtis ambo mihi dare & uobis ſimul. Mē: ꝓmeruiſti
Vt ne quid ores: quod uelis quin impetres. Meſ. tanq̄ ſi me emeris
Argento liber ſeruibo tibi: ſpes mihi ē uos inuenturos fratres
Germanos duos geminos: una matre natos: & patre uno: uno die:
Mē: Mira memoras utinā efficeř qđ pollicit⁹ poſſis. Meſ. poſſũ ſed nũc
Agite uterq; id qđ rogabo: dicite. Mē. ubi lubet: roga: reſpōdebo.
Nihil reticebo qđ ſciā. Meſ. ē tibi nomen menæchm⁹? Mē. fateor
Meſ. Eſt idē tibi? Mē. eſt. Meſ. patrem fuiſſe moſcũ tibi ais? Mē. ita uero
Quippin Men. Et mihi. Meſ. es ne tu ſyracuſanus? Mē. certo.
Meſ. Quid tu. Mē. quippin. Meſ. optime.
Vſque adhuc cōueniunt ſigna: porro operam date: quid lōgiſſime.
Meminiſti dic mihi in patria tua. Mē. cum patre ut abii tarentum
Ad mercatũ: poſtea iter hoīes me deerrare a patre. atque īde auehi
Septuēnis Me. Iupiter ſupreme ſerua me. Meſ. quid clamas quin taces?
Primulum Quot eras ānos gnatus: cũ & pater a patria auehit. Men. ſeptuēnis
Poſt illa Nam tum dentes cadebāt primulũ: neque patrē unq̄ poſt illa uidi
Meſ. Quid uoſtrũ pr̄i filii quot eratis? Men. & nũc maxīe memini duo
Meſ. Vter eratis tun aut ille maior? Men. æque ambo pares. Meſ. q̄ pōt
Mē. Gemini ābo eramus. Mē. dii me ſeruatũ uolũt. Meſ. ſi interpellas
Ego tacebo. Mē. poti⁹ tacebo. Meſ. dic mihi uno noīe ābo eratis
Mē. Minime nā mihi erat quod nunc eſt menæchmus: illũ tũ uocabant
Soſidem. Mē. ſigna cognoui. cōtineri qn cōplectar nō queo
Mi germane: gemine frater: ſalue ego ſum ſoſides.
Me: Quomodo igitur poſt menæchmo nomen eſt factum tibi
Men. Poſtq̄ ad nos renunciatum eſt te & patrem eſſe mortuum.
Auos noſter mutauit: quod tibi nomen eſt fecit mihi
Mē. Hercle ita factum eſt ut dicis. Meſ. ſed mihi hoc reſpondeto.
Mē. Roga. Meſ. quid erat ueſtræ matri? Men. theuſimarce.
Meſ. Conuenit. Mē. o ſalue inſperate multis anuis poſtq̄ cōſpicor.
So. Frater. & tu quem multis miſeris laboribus
Vſq; adhuc quæſiui: quenq; ego eſſe inuentum gaudeo
Meſ. Hoc erat quod hæc te meretrix huius uocabat nomine.
Hunc cenſebat te eſſe: credo cum uocat te ad prandiũ.
Mē. Nanq; edepol hic mihi hodie iuſſi prandiũ apparādum.
Clam uxorem Clā meam uxorē quia pallam ſubripui dudum domo.
Eam dedi huic. So. hanc dicis frater pallā quā ego hēo.
Mē. Quomodo hec ad te ꝑuenit? So. meretrix huc ad prandium
Me adduxit: me ſibi dediſſe aiebat prandi perbene.
Potaui atq; accubui ſcortũ pallam & aurum hoc.
Mē. Gaudeo edepol ſiquid propter me tibi euenit boni.
Nam illa cum te ad ſe uocabat me eſſe credidit:



Meſ. Nunquid memorare: quin ego liber: ut iuſti eam.
Mē. Optimum atque æquiſſimũ orat frater: fac cauſa mea. Fac cā mea
So: Liber eſto: Men. cum tu es liber gaudeo meſſenio.
So. Sed meliore eſt opus auſpicio ut liber perpetuo ſiet
Quoniam hæc euenerunt frater noſtra ex ſententia nr̄a ex ſnīa
In patriam redeamus ambo. Me. frater faciam ut uoles
Auctionem hic faciam: & uendam quicquid eſt: īterim Auctionē faciam.
Eam⁹ ītro frater. So. fiat. Meſ. ſciti qd ego uos rogo. So. quid?
Meſ. Præconium ut mihi detis. Mē. dabitur ergo nunc iam.
Meſ. Vis conclamari auctionem fore quidem. Men. die ſeptimi Cōclamari die ſeptimi
Auctio fiet. Meſ. menæchme. Men. mane ſane ſeptimi
Venibunt ſerui: ſuppellex: fundi: ædes: omnia uenibunt: quiqui Venibunt.
Licebunt: præſenti pecunia. uenibit uxor quoq; & iam ſi qs ēptor Præſēti pecunia.
Venerit: uix credo tota auctione capiet quinquageſies.
Nunc ſpectatores ualete. & nobis clare applaudite.

Plauti Sarſinatæ. Miles.

Argumentum:

Eretricem athenis epheſum miles auehit:
m Id dum hero amanti ſeruus nunciare uolt
Legato peregre ipſus captus in mari.
Et eidem illi militi dono datus eſt.
Suum arceſſit herum athenis forat.
Geminis communem ſuam parietem in ædibus
Liceret: ut quiret conuenire amantibus.
Obhærentis cuſtos hos uidit de tegulis.
Ridiculus autem quaſi ſit alia deluditur
Itemque impellit militem paleſtrio
Omiſſam faciat concubinam quando cælibi
Senis uicini cupiat uxor nubere.
Vltro habeat: orat: donat multa: ipſe in domo
Senis prehenſus pœnas pro mœcho luit.

Aliud argumentum.

Eretricem ingenuam deperibat mutuo
m Athenienſis iuuenis naupacti domum
Legatus abiit. miles in eandem incidit.
Deportat epheſum: inuitat ſeruos attici.
Vt nunciaret domino facto nauigat:
Capitur: donatur illi captus militi.
Ad herum ut ueniret epheſum ſcribit. aduolat
Adoleſcens: atq; in proxumo reuertitur.
Apud hoſpitem paternum medium parietem
Perfodit ſeruus: commeatus clanculum
Qua foret amantium: geminam fingit mulier
Sororem. ait eſſe mox ei dominus ædium
Suam clientam: ſollicitandum ad militem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Subornat:capitur ille:ſperat nuptias.
Dimittit concubinam:& mæchus uapulat.

Pyrgopolynices Miles. Artotrogus Paraſitus

Pyr. Vrate ut ſplendor meo ſit clipeo clarior q̃ ſolis radii
Sudum. Preſtrīgere
c Eſſe olim cum ſuduſt ſolent. ut ubi uſus ueniat contra
Conſerta manu preſtringat oculorum acié i acie hoſtibus:
Nam ego hanc machæram mihi conſolari uolo:ne lamentet
Feriata.
Ne ue animum deſpondeat quia ſe iampridem feriatam
Geſtitem:quem miſera geſtitet fratrem facere ex hoſtibus.
Sed ubi artotrogus. Art. hic ē ſtat propter uirum
Fortem atq; fortunatum:& forma regia tum bellator mars
Haud auſit dicere:neq; æquiparare ſuas uirtutes ad tuas.
Pyr. Q uem ne ego ſeruaui in campis curriculis donis ubi
Bembinatidis beluæ inſtar archidis erat imperator
Hermola⁹. Bembina uicus fuit Nemeæ: unde nemeæus leo a poetis bembinites dictus Panyatis δέρμα τε θηρείου βεμβινήταο λέοντος quare cogitent legentes an emendādū ſit Bēbinatidis beluæ inſtar.
Sūmus neptuni nepos. Art. memini:nempe illum
Difflauiſti ſpiritu.
Dicis cū armis aureis. cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu.
Peniculum tectorium.
Q uaſi uentus folia aut peniculum tectorium:
Py. Iſtuc quidem edepol nihil eſt. Art. nihil hercle hoc quidem
Præ ut
Præ ut alia dicam tu quæ nunquā feceris:periuriorem
Gloriarū.
Hoc homine ſi quis uiderit:aut gloriarum pleniorem q̃ ill ic eſt
Me ſibi habeto. & ego me mancupio dabo
Epityrum.
Si unum epityrum edam apud illū eſuriens inſane. Pyr. ubi tu es?
Art. Eccum edepol in elephanto in india quo pacto pugno præfigiſti
Brachium. Pyr. quid brachium? Art. illud dicere uolui fœmur.
At diligenter hic eram pol ſi quidem connixus eſſes per corium:
Opere p̄tiū
Per uiſcera:perque os elephante tranſmitteret brachium.
Py. Nolo iſtæc hic nunc. Art. ne hercle. operepretium id eſt:mihi te
Ennarare:tuas q uirtutes ſciā:uēter creat omnis has ærūnas aurib⁹
Peraudienda ſunt:ne dentes dentiāt. & aſſentandū eſt
Dentiant
Q uicquid hic mentibitur. Pyr. qd illuc qd̄ dico. Art. hem ſcio iā
Q uid uis dicere:factum eſt hercle memini fieri. Pyr. qd id eſt?
Art. Q uicquid eſt. Pyr. habes tabellas. Art. uis rogare:habeo & ſtillū.
Vis rogare
Pyr. Facete aduertis tuum animū ad animam meam.
Art. Nouiſſe mores me tuos meditate decet. curāque adhibere
Vt præuolet mihi quo tu uelis. Pyr. ecquid meminiſti?
Art. Memini centum in cilicia:& quinquaginta centum ī ſiclo latrōie
In ſiclo latrociniæ.
Triginta ſardis. ſexaginta macedones ſunt homines:quos
Tu occidiſti uno die. Pyr. quanta iſtæc hominum ſumma eſt.
Art. Septem milia. Pyr. tantum eſſe oportet. recte rationem
Tenes. Art. at nullos habeo ſcriptos. ſic memini tamen
offa emōet
Pyr. Edepol memoriaſt optima. Art. offa emonet.
Cōmunicabo menſa.
Pyr. Dum tale facies:quale adhuc aſſiduo ædis cōmunicabo
Te ſemper menſa mea. Art. quid in capadocia:ubi tu quingentos
Simul ni hebes machera foret:uno ictu occideres
Reliquia
At pedites reliquia erant ſi uiuerent.



Q uid tibi ego dicā:quod omnes mortales ſciūt.
Pyrgo polynicē te unū in terra uiuere
Virtute & forma:& factis inuictis ſummis
Amant te omnes mulieres:neque iniuria
Rep̄hēdere here.
Q ui ſis tam pulcher:uel illæ quæ here pallio
Me reprehendere. Pyr. quid here dixere tibi.
Art. Rogitabant hic ne achilles eſt inquit tibi?
Immo eius frater inquam:innuit illarum altera
Ergo me caſtor pulcher eſt inquit mihi.
Et liberalis uiſus eſt:cæſaries quam decet
Næ illæ ſunt fortunatæ:quæ cum iſto cubant
Que.
Pyr. Ita ne dicūt tādē? Art. quæ me ābæ obſecrauerit
Preterduco
Vt hodie quaſi pompam illac præterducerem.
Pyr. Nimia eſt miſeria:nimis pulchrū eſſe hominem.
Art. Moleſtæ ſunt. orant. ambiunt. obſecrant
Videre. ut liceat ad ſeſe acerſi iubent.
Vt una liceat adire operā negocii.
Pyr. Videtur tempus eſſe:ut eamus ad forū
Vt in tabellis quas conſignaui hic heri
Latrones Seleuc⁹ rex Latrōes cogerē & conſcriberem.
Latronibus denumerem ſtipendiū.
Nam rex ſeleucus me opere orauit maxumo
Vt ſibi latrones cogerem:& conſcriberē
Regi. hunc diem mihi operam decretū eſt dare.
Satellites
Art. Age eamus ergo. Pyr. ſequimini ſatellites.

Paleſtrio ſeruus.

Comitas Bēignitas
Ihi ad enarrādum hoc argumentū ē comitas
m Si ad auſcultandū ueſtra erit benignitas.
Q ui autē auſcultare nollet exurgat foras
Vt ſit ubi ſedeat ille qui auſcultare uolt.
Nunc qua aſſediſtis cauſa in feſtiuo loco
Comœdiæ quam acturi ſumus.
ἀλαζών
Et argumentum & nomen uobis eloquar.
Alzon græce huic nomen comœdiæ.
Id nos latine glorioſum dicimus:hoc oppidum
Epheſum eſt:miles meus herus. qui hinc
Ad forum abiit glorioſus impudens
Stercoreus
Stercoreus plenus periurii atque adulterii
Ait ſeſe ultro omnis mulieres ſectarier.
Is deriſui eſt qua qua incedit omnibus:
Itaq; hic meretricis labiis dum ducant eum
Valgis ſuauiis
Maiorem partem uideas ualgis ſuauiis.
Nam ego iādiu apud huic ſeruitutem ſeruio.
Id uolo uos ſcire quomodo ad hunc deuenerim
In ſeruitutem ab eo cui ſeruiui prius:
Date operam. nam nunc argumentum exordiar.

Erat herus athenis mihi adoleſcens optumus.
Is amabat meretricem matre athenis atticis
Amor cultu optimuſ
Et illa illum contra:qui eſt amor cultu optimus.
Is publice legatus naupactũ fuit magna reip.gr̃a.
Interim iuit hinc miles:forte athenas aduenit:
Inſinuat ſeſe ad illam amicam:heri
Occepit eius matris culpa pariter
Opiparis obſoniis
Vino.ornamentis.opipariſque obſoniis
Itaq; intimum ibi ſe miles apud lenam facit.
Sublinit os
Vbi primũ euenit ſublinit os:illi lenæ m̃ri mulieris.
Q uam herus meus amabat.nam is illius filiam
Compegit in nauem
Compegit in nauem miles clam matre ſua.
Eamq; inuitam huc mulierem in epheſum auehit.
Ego quantũ unus poſſum mihi nauem paro.
Vbi amicam herilem athenis auectam ſcio.
Incedo ut eã rem naupactũ ad herum nunciem
Vbi ſumus prouecti in altum:ſicut uolunt:
Capiunt prædones nauem:illam ubi uectus fui.
Prius perii:q̃ ad herum ueni:quo ire occeperam
Ille me cœpit.dat me huic dono militi.
Hic poſtq̃ in ædis me ad ſe duxit domum:
Video illã amicam herilem athenis quæ fuit.
Vbi contra aſpexit me:oculis mihi ſignum dedit
Appellarẽ
Ne ſe appellarem.dein poſtq̃ occaſio eſt
Conqueritur mecum mulier fortunas ſuas.
Domu.
Ait ſeſe athenas fugere cupere ex hac domu.
Seſe illũ amare meum herum athenis qui fuit.
Peius odiſſe
Neq; peius quẽquã odiſſe:q̃ iſtum militem.
Quoniam
Ego quoniã inſpexi mulieris ſententiam
Cœpi tabellas:conſignaui clanculum.
Dedi mercatori cuidam:qui ad illum deferat
Meum herum:q athenis fuerat:q hanc amauerat
Vt is huc ueniret:is non ſpreuit nuncium
Nam & uenit:& in proxumo hic diuortitur
Apud ſuum paternum hoſpitem lepidũ ſenem.
Itaq; illi amanti ſuo hoſpiti morem gerit.
Noſq; opera conſilioque adhortatur iuuat.
Itaq; ego paraui hic intus magnas machinas.
Conuenientias
Q ui amantes una inter ſe facerent conueniẽtias.
Conclaue
Nam unum conclaue concubinæ quidem dedit
Miles:quo nemo niſi ea inferret pedem.
In eo conclaui ego perfodi parietem.
Cõmeatus
Q ua cõmeatus clam eſſet hic huic mulieri.
Et ſene ſciente hoc feci:is conſilium dedit.
Nã meus conſeruus eſt homo haud magni precii



Q uem concubinæ miles cuſtodem addidit.
Factitiis fabricis
Ei nos factitiis fabricis.& doctis dolis
Glaucoma
Glaucomam ob oculos obiiciemus:eumq; ita
Faciemus:ut quid uiderit:non uiderit.
Et mox ne erretis:hæc duarum hodie uicem.
Et hinc:& illinc mulier feret imaginem:
Atq; eadẽ erit:uerum alia eſſe aſſimulabitur
Sublinitur os
Ita ſublinitur os cuſtodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc a uicino ſenis.
Ipſe exit:hic ille eſt lepidus:quẽ dixi ſenex

Merula. Paulus æginita Glaucoma & Hypochyma ueteres medicos unũ exiſtimaſſe dicit recentiores uero putauerũt Glaucomata eẽ paſſionem humiditatis criſtallinæ ɔmutatæ ĩ glaucum. Hypochamata uero quæ cornelius celſus ſuffuſiões appellat cum humores infuſi inter corneam & criſtallinã tunicã congellantur.

Periplectominus Senex. Paleſtrio ſeruus.

Quemq; Loreare
Per. I hercle defregeritis talos poſthac quẽque in tegulis
n Videritis alieuũ.ego ueſtra faciam latera loreare:
Mihi quidẽ iam arbitri uiſunt meæ quid ſiat domi.
Impluuiũ
Ita per impluuium intro ſpectant.nunc adeo edico omnibus:
Q uẽque a milite huc uideritis hominẽ ĩ noſtris tegulis:
Extra unũ
Extra unum paleſtrionem:hunc deturbatote in uia.
Q uod ille galinam aut columbam ſe ſectari aut ſimiam
Dicat:periſtis ni uſq; ad mortem male mulctatis.
Atq; adeo ut nec legi fraudem faciam talariæ.
Lex talaria
Accuratote:ut ſine aliis domi agitem cõuiuium.
Pal. Neſcio quid malefactũ noſtra huic familia ẽ:quãtum audio:
Ita hic ſenex talos elidi iuſſit conſeruis meis:
Sed me excepit:nihili facio quid illis faciat cæteris.
Aggrediar hominẽ:eſt ne aduorſum:eſt quaſi:
Q uid agis piplectomene? Per.haud multos hoĩes ſi optandũ
Fuerit nunc uidere:& uenire q̃ te mauellem.Pal.quid eſt?
Q uid negocii eſt.Per.res palam eſt.Pa.quæ res palam eſt?
Per. De tegulis mõ neſcio qs ĩſpectauit ueſtrorũ familiarium
Per nr̃um ĩpluuiũ ĩtus apud nos philochomaſium atq; hoſpitẽ
Oſculantis.Pal.quis homo uidit? Pe.tuus conſeruus.
Abripuit ſeſe
Repẽte: ſubito
Pal. Q uis is erit homo? Per.neſcio.ita abripuit repente ſeſe ſubito.
Pal. Suſpicor me periſſe.Per.ubi abiit:cõclamo heus qd agis tu ĩquã?
Ille mihi abiens ita reſpondit.ſe ſectari ſimiam
Nihili beſtia
Pal. Væ mihi miſero cui pereundum eſt ꝓpter nihili beſtiam.
Sed philochomaſiũ hiccine ẽt eſt nunc.Per.cũ exibã:hic erat.
Pal. Si eſt iube tranſire huc quãtũ poſſit:ſe ut uideant domi
Familiaris
Familiares:niſi quidem illa nos uolt:qui ſerui ſumus
Contubernalis crucibus
Propter ſuũ amorem omnis crucibus cõtubernalis dari:
Per. Dixi ego iſtuc niſi quid aliud uis.Pal.uolo hoc dicito.
Parũq; artem.& diſciplinã:obtineat colorẽ:& quẽadmodum
Vt eũ qui hic ſe uidit:utrũ iunctũ iunctam ue eſſe uiderit.
Si quidem centies hic uiſa ſit:tamen inficias eat.
Cõfirmitas
Per. Os habet:linguam.perfidiã:malitiã.atq; audaciam.
Confidentiã.confirmitatẽ:fraudulentiam.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Falſificum.
Falſiiurium
Dolenefica
Olitor
Domi hēt.

Q ui arguat ſe:eum contra uincat iureiurando ſuo.
Domi habet animū falſiloquū.falſificum.falſiiurium.
Domi dolos.domi dolenefica.facta domi fallacias.
Nam mulier olitori nūquā ſupplicat.ſi qua eſt mala
Domi habet ortum:& cōdimēta ad oīs molis meliſica.
Ego iſtæc ſi erit:hic nunciabo:ſed quid eſt paleſtrio
Q uod uoluis aſtute tecū in corde?Pal.pauliſper tace:
Dum ego mihi conſilia in animū conuoco.& dū conſulo
Q uid agam:quē dolū doloſo contra conſeruo parem.
Q ui illam hic uidit oſculantē:id uiſum ne uiſum ſit
Q uæro?Per.ego hinc abſceſſero abs te:huc iterim illuc ſis uide:
Q uēadmodum aſtitit ſeuera fronte:curas cogitans
Pectus digitis pultat.cor credo euocaturus foras.
Ecce autē auortit nixus leua:in fœmina habet leuam manum
Dextera digitis rationem computat feriens fœmur
Dexterum:ita uehementer quo facta ægre ſuppetit

Status.

Concrepuit digitis.laborat crebro cōmutat ſtatus.
Ecce autem capite nutat:non placet quod repperit.
Q uicquid eſt incoctū nō exprimit.bene coctum id dabit
Ecce autem ædificat:colūnā mento ſuffulſit ſuo.
Apage non placet profecto mihi illa ædificatio.

Porticus barbara.

Nā hoc colūnatim porticu eſſe inaudiui barbara.
Cui uiui cuſtodes ſemper totis horis occubant:

Comœdice

Euge hucuſq; me hercle aſtitis:& dulce & comœdice
Nunq̄ hodie quieſcet,prius q̄ id quod petit perfecit.
Habet opinor:age ſi quid agis uigila:ne ſomno ſtude
Niſi quidem hic agitari mauis uirgis:uigila:

Heritatus.

Tibi ego dico,an heritatus ne ſis.heus te adloq paleſtrio
Vigila inq̄.expergis inquā lucet:hoc inquā.Pal.audio

obſidiū tuo tergo.
Arripe opē & auxiliū.

Per. Viden hoſtis tibi adeſſe:quære ergo obſidium:conſule.
Arripe opē auxiliūq; ad hācrē ꝓpere:hoc nō placide decet.
Ante mœnia aliqua aliquos ante te circunducere exercitum:
Cor in obſidium perduellis noſtris præſidium para.
Interclude inimicis cōmeatum tibi muni uiam.

Cibatus cō meatus.
Subitaria

Q ua cibatus comeatuſq; ad te:& legiones tuas
Tuto poſſit peruenire:hanc rem age:res ſubitaria eſt
Reperi cōminiſcere.cedo callidum conſilium cito.
Q uæ hic eſt uiſa ut uiſa non ſiet:facta infecta ut ſient.
Magnum illic honorem incipis ſed magna munitis mœnia

Recipere ad te.

Pal. Tu te unus ſi recipere hoc ad te dicis confidentia eſt.
Nos inimicos confligare poſſe.Per.dico & recipio
Ad me.& ego imperatorem dicon id quod petis.

Scias iuxta mecum

Pal. At te iupiter bene amet.Per.at impti me quod cōmētus.Pal.tace
Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco:ut ſcias
Iuxta mecum mea conſilia.Per.ſalua ſumes indidem.



Elephanti corio

Pal. Herus meus elephanti corio circuntectus non ſuo:
Neq; habet plus ſapientiæ q̄ lapis.Per.ego iſtuc ſcio:
Pal. Nunc ſi rationem incipio:hanc inſtituam aſtutiam.
Vt philocomaſium huic ſororem geminā germanā alteram
Dicam athenis aduenisse:& cum amatore aliquo ſuo.

Lacte lacti

Tam ſimilem q̄ lacte lacti eſt:apud te eos hic diuortier
Dicam hoſpitio.Per.euge euge lepide laudo cōmentum
Cōtra cōſeruū tuū.Pal.uix illic cū criminatus ſit aduerſū militem
Meus conſeruus eā uidiſſe dic cū alieno oſculari:eā arguam
Vidiſſe apud te cum ſuo amatore amplexantem:atq;
Oſculantem.Per.imo ut optume
Idem ego dicam ſi me exquiret miles.Pal.ſed ſimillimas
Dicito eſſe & philochomaſio:id recipiendum eſt ut ſciat:
Ne titubet:ſi quæret ex ea miles.Per.nimis doctum dolū.

In uno concilio
Cauſe concini

Sed ſi ambas uidere in uno miles concilio uolet.
Q uid agimus?Pal.facile eſt:trecentæ poſſunt cauſæ concini
Non domiſt:abiit ambulatum:dormit:ornatur:lauat.
Prandet.potat.occupataſt opere:non eſt non poteſt.
Q uātum uis prolationum:dūmodo nunc prima uia
Inducamus uera ut eſſe credat:quæ mentibimur
Per. Placet ut dicis.Pal.itro abi ergo.& ſic iſtic ē mulier eā iube
Cito domum tranſire:atq; hoc ei monſtra præcipe.
Vt teneat conſilia noſtra:quēadmodū exorſi ſumus
De gemina ſorore.Per.docte tibi illam perdoctam dabo
Nū qd aliud?Pal.intro ut abeas.Per.abeo equidē igitur.
Pal. Ego ibo domū ad quē hominē iueſtigādo:operā hāc diſſimulādo
Q ui fuerit conſeruus:qui hodie fuerit ſectatus ſimiam.
Nam ille non potuit quin ſermoni ſuo aliquem familiarem

Participar̄

Participauerit de amica:heri qui uidiſſet eam hic in ꝓxumo
Oſculantem cum alieno aduleſcentulo:noui morem ego
Et tacere ſolus ſcio:ſi inuenio qui uidit:ad eum

Vineas pluteoſq; agā

Vineas pluteoſq; agam:res parataſt impugnādoq;
Capere certa res eſt:ſi ita non repperio:ibo odorans quaſi

Perſequi ueſtigiis

Canis uenaticus uſq; donec perſecutus uolpem ero ueſtigiis.
Sed fores concrepuerunt noſtræ.ego uoce moderabo me.
Nā illic eſt philocomaſio cuſtos meus cōſeruus:atq; it foras

Sceledrus.Paleſtrio.Serui duo.

Sce. n Iſi quidē ego hodie ābulaui dormiens in tegulis.certo
Edepol ſcio me uidiſſe:hic ꝓxime uicinæ philocomaſium
Herilem amicam ſibi alium quærere.Pal.hic illam uidit
Oſculantem quātū hunc audiui loquentē.Sce.quis hic eſt?
Pal. Tuus conſeruus:quid agis ſceledre?Sce.te paleſtrio uolupeſt
Cōueniſſe.Pal.qd iā?aut qd negocii fac ſciam.Sce.metuo.
Pal. Q uid metuis?Sce.ne hercle hodie quātū hic familiarum eſt
Maximū in malum cruciatumq; inſiliamus.Pal.tu ſali ſolus



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Inſultura nihil moror Deſultura.

Nam ego iſtam inſulturam:& deſulturam nihil hic moror.
Sce. Neſcis tu fortaſſe apud nos facinus qđ natū eſt nouū.
Pal. Quod id eſt facinus? Sce. impudicū. Pal. tu te ſcis ſoli te tibi.
Mihi ne dixis:ſcire nolo:Sce. non enim faciam quin ſcias.
Simiā hodie ſū ſectatus noſtrā in horum tegulis. Pal. edepol
Sceledre homo ſectatus nihili nequā beſtiam. Sce. di te pdant.
Pal. Te iſtuc æquū quomodo accepiſti eloqui. Sce. forte fortuna
Per impluuium huc deſpexi proximū:atq; ego illic aſpicio

Impluuiū

Oſculantem philocomaſium cū altero neſcio quo aduleſcēte.
Pal. Quod ego ſceledre ſcelus ex te audio? Sce. profecto uidi.
Pal. Tuten? Sce. egomet duobus his oculis meis.
Pal. Abi non uériſimile dicis:neq; uidiſti. Sce. num tibi lippus
Videor. Pal. medicum iſtuc tibi melius percontarier.
Verū enim ſi te di ament:temere hanc dedolas tabulā tuis
Nunc cruribus. capitiq; fraudē capitalē hic creas iā tibi iam

Stultiloqū

Vt pereas:paratū ē dupliciter. niſi ſupprimas tuū ſtultiloquium
Sce. Qui uero dupliciter. Pal. id dicā tibi. primum dum ſi falſum.
Inſimulas philocomaſium hoc perieris:iterq; ſi id uerum eſt

Additus cuſtos

Tu ei cuſtos aditus perieris. Sce. quid ad me? Pal. at neſcio.
Sce. Hæc me uidiſſe ego certo ſcio. Pal. pergin infœlix
Sce. Quid tibi uis dicā:niſi qđ uideri. qn ēt nūc itus hic i pxumu ē
Pal. Eho an non domi eſt. Sce. uiſe. abi intro tute:nam ego mihi
Nihil credi poſtulo. Pal. certum eſt facere. Sce. hic te opperiar.
Eadem inſidias dabo:quā uxor ad ſtabulum iuuenis recipiat
Se pabulo:qđ ego nunc faciam? cuſtodē me illi miles tradidit:
Nunc ſi indiciū facio:interii:ſi taceo:tametſi hoc palam fuerit.

De muliere

Quid peius muliere atq; audacius:dum ergo i tegulis ſum.
Illæc ſumpto hoſpitio edit foras:edepol facinus fecit audax.
Hoccine ſimile ſciat:credo alius tollat edis totas ſi tollat

Muſſitabo.

At quē hic? crucē:hercle qcqđ ē muſſitabo:potius q̄ itereā male

Ipſa ſeſe uēditat.

Non ego poſſum quæ ipſa ſeſe uenditat tutarier
Pal. Sceledre ſceledre. Sce. qs homo itermiat? Pal. ē alter audacior
Qui magis inimicicias q̄ tu adquirat. Sce. quid eſt?
Pal. Iube nunc tibi oculos effodiri:qbus id quod nuſq̄ eſt uides.

Effodiri. Vitioſa nuce.

Sce. Quid nuſq̄? Pal. non ego nunc emam uitam tuā uitioſa nuce
Sce. Quid negocii eſt? Pal. quid negocii ſit rogas? Se. cur nō rogē?

Prætrūcari Linguam largiloquā

Pal. Non ne tibi iſta prætruncari linguam largiloquam iubes?
Sce. Quaobrem iubeā. Pal. philocomaſiū eccam domi:q̄ i pximo
Vidiſſe te aiebas oſculantē:atq; amplectantē cum altero.
Sce. Miruſt lolio uictitare te & tam uili tritico. Pal. quid iam?

Lolium.

Sce. Quia luſcioſus. Pal. uerbero:edepol tu eqdē cæcus nō luſcioſus
Nā illā quidē uidi domi. Sce. quid domi? Pal. domi hercle uero
Sce. Abi ludis me paleſtrio. Pal. tam mihi ſunt manus inquinatæ
Sce. Quid dū? Pal. qa luto eā. Sce. uæ capiti tuo. Pal. iſtuc ſceledre
Promitto fore niſi oculos:orationēq; aliā cōmutas tibi.



Sed fores concrepuerunt noſtræ. Sce. at ego illas obſeruo fores.
Nam nihil eſt:qua hinc huc tranſire ea poſſit:niſi recto hoſtio.
Pal. Qui domi eccā. Sce. neſcio utiq;. Pal. ſceledre ſceledre ſuſcita te.
Sce. Mihi ego uideo:mihi ego ſapio:ego credo plurimum.
Me homo nemo deterreat:quin ea ſit in his ædibus.
Hic obſiſtam:ne impudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi.

Pugnacula Stultiuidū

Pal. Meus illic homo eſt:deturbabo iam hic ego illum de pugnaculis.
Vim iam faciam:ut ſtultiuidum fateare. Sce. age face
Pal. Neq; te quicq̄ ſapere corde:neq; oculis uti. Sce. ſcio neq; ſolariū:
Neq; ortum:niſi per impluuium ſcio. Pal. quid nunc ſi ea domi ē.

ſubterduco Cōſiliū eſt

Si facio ut eā hinc exiē uideas domo dignus es uerberibus multis?
Sce. Dignus. Pal. ſerua iſtas fores ne tibi eadē ſubterducat iſtic atq; huc
Tranſeat. Sce. conſiliū eſt ita facere. Pa. pedes ego iam illā huc tibi
Siſtam in uiā. Sce. agedū ergo face uolo ſcire utrū ego id qđ mihi

Rogo utendos foris. Subparaſitatur.

Vidi uiderim:an illic faciat:quod facturū dicit:ut ea ſit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo:nec rogo utendos foris:
Sed hic illi ſubparaſitatur ſemper:hic ei proximus
Primus ad cibum uocatur primo pulmentum datur.
Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium.
Neq; cuiq̄ q̄ illi noſtra melius famulo familia.
Sed ego quid ago:at me agere oportet hoc obſeruare hoſtium.

Verba dabunt. Tolle monere.

Hic obſiſtam:hac quidem pol certo uerba mihi nunq̄ dabunt.

Paleſtrio. Philocomaſium. Sceledrus.

Pal. Præcepta facito ut memineris. Phi. tolle monere:mirū eſt
Pal. At metuo ut ſatis ſis ſubdola. Phi. ne doceto:memini

Superſum.

Malas:ut ſint malæ mihi ſola ego ſupſum. Pal. age. nūc iā
Inſiſte in dolos:ego abs te procul recedam:o quid aſtas
Sceledre. Sce. hanc rem gero habeo auris loquere quid uis.

Diſpeſſis manibus Patibulum

Pal. Credo ego iſtoc exēplo tibi eſſe eundū eſſe actutum extra portam
Diſpeſſis manibus patibulum cum habebis. Sce. quā non ob rem.
Pal. Reſpice dum ad leuam:qs illæc eſt mulier. Sce. proh di īmortales
Heri concubina eſt hæc quidem. Pal. mihi quoq; pol ita uidetur
Age nunc iam quādo lubet. Sce. qđ agam? Pal. peri perpropere.
Phi. Vbi iſte bonus ſeruus:qui me maxume innocentem
Falſo inſimulauit. hem tibi. Pal. hic id mi dixit. Phi. tibi
Quē dixiſti tu te me uidiſſe in proxumo hic ſceleſte oſculantem?
Pal. Atq; cum alieno adoleſcentulo dixit. Sce. dixi hercle uero.
Phi. Tun me uidiſti. Sce. atq; his quidem oculis. Phi. carebis credo.
Qui plus uident q̄ quod uident. Sce. nunq̄ hercle deterebor.
Quin uiderim id quod uiderim. Phi. ego ſtulta moror multum
Quæ cum hoc inſano fabulem:quem pol ego capitis perdam.
Sce. Noli minitari:ſcio crucem futuram mihi ſepulchrum:ibi mei
Maiores ſunt ſiti. pater. auus. proauus. abauus.
Non mihi poſſunt minaciis tuis hiſce oculi fodiri.
Sed paucis uerbis te uolo paleſtrio:obſecro unde exit hæc?

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Q đ cõmeat⁹ ẽ trãs parietẽ. Sce. he⁹ paleſtrio machæra nihil opus
Pal. Q uid iam: aut quid opuseſt? Sce. domi eccam herilẽ cõcubinam.
Pal. Q uid domi. Sce. in lecto cubat. Pal. edepol ne tũ tibi malam rem
Reperiſti ut prædicas. Sce. qui iam. Pal. quia hanc attingere
Auſus mulierẽ hic ĩ proxumo. Sce. magis hercle metuo. ſed nunq̃
Q uiſq̃ faciet: quin ſoror iſta ſit germana huius.
Pal. Eam pol tu oſculantem hic uideras: & quidem palam eſt
Eam eſſe ut dicis. Sce. quid propius fuit: q̃ ut perirem
Si locutus fuiſſem hero. Pal. ergo ſi ſapis muſſitabis: plus oportet
Quid propius q̃ ut
Scire ſeruum q̃ loqui: ego abeo: ne quid tecum conſilii
Commiſceam atque apud hunc uicinum tuæ mihi turbæ nõ placẽt
Herus ſi ueniet: ſi me quærit hic ero: hic me accerſito.

Sceledrus. Periplectomenus ſenex.

Sce. Atĩ abiit ille: neq; herile negociũ pl⁹ curat: q̃ ſi nõ ſeruitutẽ ſer
Certo qdẽ illa hic nr̃a itus ẽ ĩ ædibus. nã ego excubãtẽ (uiat
Exite. illinc pallium mihi huc ferte. Eu. hem nūc tu mihi ut places

Vorſoria

Beneuolēs tuam amicitiam.

In traſquieto

Reticentia



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Cha. Optime aduenians puer cape chlamydem:atq; hæc iſtinc ſta illico
Vt ſi hæc non ſint uera inceptum hoc itiner perficere exequar
Itiner
Eu: Non mihi credis.Ch.omnia equidem credo:quæ dicis mihi.
Sed quin introducis me ad eam:ut uideam.Eu.pauliſper mane
Cha. Q uid manebo?Eu.tempus non eſt introeundi.Ch.enicas.
Eu. Non opus eſt inq̄ nunc intro te ire.Ch.reſponde mihi
Q ua cā.Eu.opere non eſt.Ch.cur.Eu.quia non eſt illi cōmodū.
Cha. Ita ne cōmodum illi non eſt quæ me amat:quam ego contra amo.
Omnibus hic ludificatur me dolis:ego ſtultior:quid iſti credam.
Cōmoratur chlamydem ſūmam denuo.Eu.mane parūper atq;
Hoc audi.Ch.cape ſis puer hoc pallium.Eu.mater irata eſt
Patri uehementer:quia ſcortum ſibi ob oculos aduexerit.
In ædis dum ruri ipſa abeſt:ſuſpicatur illam amicam eſſe illi
Sonam ſuſtuli.eam rem nunc exquirit intus.Ch.iam machæraſt
In manu.Eu.nā ſi eo te introducā.Ch.tollo ampulā atq; hinc eo
Eu: Mane mane charine.Ch.erras.me decipere haud potes.
Eu. Neq; uolo ædepol.Ch.qui tu ergo itiner exequi meum me ſinis
Itiner
Eu. Non ſino.Ch.ego me moror.tu puere abi hinc intro ocius.
Iam in currum conſcendi:iam lora in manus cœpi meas
Eu. Sanus non es.Ch.quin pedes uos in curriculum coniicitis
Curriculū
In cyprum recta:quando quidem pater mihi exilium parat
Eu. Stultus es:noli iſtuc quæſo dicere.Ch.certum exequiſt.
Operā ut ſumā ad peruestigandum ubi ſit illæc.Eu.quin domiſt.
Cha. Nam id quod dixit:id mentituſt.Eu.uera dico equidem tibi.
Cha. Iam cyprum ueni.Eu.quin ſequere:ut illam uideas: quā expetis.
Cha. Perconctatus non inueni.Eu.matris iam iram neglego.
Cha. Porro proficiſcor quæſitum nunc perueni calcidem
Video hoſpitem:zacyntho dico quid eo aduenerim.
Cogito quis eam uexerit:quis habeat:ſi ibi inde audiuerit.
Eu. Q uin tu iſtas omitis nugas:ac mecum huc intro ambulas.
Cha. Hoſpes reſpondit zacyntho ficos fieri non malas
Zacynth° ficos fieri n̄ malas
Eu. Nihil mentitus eſt.Ch.ſed de amica ſe in audiſſe autumat
Hic athenis eſſe.Eu.chalcas iſte quidem zacyntuſt
Ch. Nauem conſcendo proficiſcor illico iam ſum domi.iam redi
Exilio:ſalue mihi ſodalis eutyche ut ualuiſti:quid parentes
Metuat mater dati bene uocas:benigne dicis:eras apud te
Non domi ſi decet ſic fieri oportet.Eu.io:quæ inſomnia.
Hic homo non ſanus.Ch.medicari amicus quin properas.
Eu. Sequere ſis.Ch.ſequor.Eu.clementer quæſo calces deteris:
Audin tu.Ch.iam dudum audiui.Eu.pacem componi uolo
Meo patri cum matre.nam nunc eſt irata.Ch.modo
Propter iſtanc modo.Eu.ergo cura.Ch.quin tu
Ergo i modo.Eu.tam ꝓpiciam reddam:q̄ cum ꝓpicia ē iuno ioui.

Demipho.Lyſimachus.

De. q Vaſi tu nunq̄ quicq̄ adſimile huius facti feceris:



Ly. Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.
In fermēto
Edepol nunquam caui ne quid facerem:uix uiuus ſum miſer.
De. At ego expurgationem habebo:ut ne ſucceſeat.
Sequere me:ſed exeuntem filium uideo meum.

Demipho.Eutychus.Lyſimachus.Charinus.

De. Am credo placet principium:quid agis:quid fit eutyche?
Eu. i Ad patrem ibo ut matris iram ſibi eſſe ſedatam ſciat.
Optima opportunitate ambo autem ueniſtis. Ly.q̄d rei ē?
Eu. Vxor tibi placida & placataſt.cette dextras nunciam.
Cette
Ly. Di mi ſeruant.Eu.tibi amicam nullam eſſe nuncio.
De. Di te perdant:quid negocii eſt nam quæſo iſtuc.Eu.eloquar:
Animum aduortite igitur ambo.Ly.quin tibi ambo operam
Damus.Eu.qui bono ſunt genere nati:ingenio malo
Suapte culpa genere capiunt genus ingenium improbant:
De. Verum hic dicit.Eu.tibi ergo dicit.De.eo illud uerum eſt magis
Eu. Nam te iſtac ætate haud æquum fuerat filio tuo
Adoleſcenti amanti amicam emptam argento eripere ſuo.
De. Q uid tu ais charine amicaſt illa?Eu.ut diſſimulat
Malus.De.ille quidem illam ſeſe ancillam matri emiſſe dixerat.
Eu. Propterea igitur tu mercatus nouus amator uetus puer.
Cha. Optime hercle perge.ego aſſiſtam hinc alternis cæcus.
Q uibus eſt dictis dignus uſq; oneremus ambo.De.nullus ſum
Eu. Filio ſuo qui innocenti fecit tantam iniuriam
Q uem quidem hercle ego in exilium cum iret:reduxi domum
Nam ibat exulatum.De.an abiit.Eu.etiam loquere larua.
Temperare iſtac ætate iſtis decet te artibus.
De. Fateor:deliqui profecto.Eu.etiam loquere larua.
Larua
Itidem ut tempus anni ætatem aliam aliud factum conuenit.
Vacuum eſſe iſtac te ætate his decebat noxiis.
Nam ſi iſtuc iuuiſſet ſenecta ætate ſcortari ſenex
Vbi loci res ſūma noſtra publica.De.hei perii miſer.
Adoleſcentes rei agendæ iſti magis ſolent operam dare
Iam obſecro hercle uobis habere cum porcis cum fiſcina
Cum porcis Cū fiſcina
Eu. Redde filio ſi habeas iam uolt.De.per me ſibi habeat licet
Semper edepol.Eu.quoniam ut aliter facias non eſt copiæ
De. Supplicii ſumat quid uolt ipſe ob hanc iniuriam.
Modo pacem faciatis:oro ut ne mihi iratus
Si hercle ſciuiſſem:ſiue adeo ioculo dixiſſet mihi
Se illam amare.nunquam facerem:ut illam amanti abducerem:
Ly. Eutyche te oro ſodalis eius es:ſerua:& ſubueni
Hunc ſenem para me clientem:memorem dices beneficii.
Eu. Ora ut ignoſcat delictis tuis:atque adoleſcentiæ
Cha. Pergin tu autem.eia ſuperbe inuehere.ſpero ego mihi quoq;
Tempus tale eventurum:ut tibi gratiam referam parem.
De. Miſſas iam ego iſtas artifici.& quidem ego dehinc iam.Ch.nihil



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Conſuetudine animus rurſus te huc inducet.De.obſecro
Satis iam ut habeatis.quin loris cedite etiam ſi lubet.
Eu. Recte dicis:ſed iſtuc uxor faciet:cum hoc reſciuerit.
De. Nihil opus reſciſcat.Ch.quid iſtic non reſciſcet:ne time
Vtibile.
Eu. Eamus intro non utibileſt hic locus factis tuis
Dum memoramus.arbitri ut ſint:qui prætereant per uias
Cha. Hercle qui tu recte dicis eadem breuior fabula
Erit:eamus.Ly.hic eſt intus filius apud nos tuus
De. Optime eſt illac per hortum nos domum tranſibimus.
Ly. Eutyche hanc uolo prius rem agi:q̄ meum intro refero pedem
Eu. Q uid iſtuc eſt?Ly.ſuam quiſq; homo rem meminit:reſponde.
Mihi certon ſcis:non ſuccenſere mihi tuam matrem.Eu.ſcio.
Ly. Vide.Eu.me uide.Ly.ſatis habeo:id quæſo hercle etiam uide
Eu. Non mihi credis.Ly.imo credo:ſed tamen metuo miſer.
Eu. Eamus intro.Eu.imo dicamus ſenibus leges.Ch.cenſeo
Prius habeamus quas leges teneant:contentiq; ſint.
Eu. Annos natus ſexaginta qui erit:ſi quem ſcibimus ſeu maritum
Seu hercle adeo celibē ſcortarier:cum eo nos hic lege agemus
ꝓdegerit.
Inſcitum arbitrabimur:& per nos quidem hercle egebit
Q ui ſuum prodegerit.neu quiſq̄ poſthac prohibeto adoleſcētem
Filium:quin amet & ſcortum ducat.quod bono fiat modo.
Siquis prohibuerit plus perdet clam ſi prohibuerit palam.
Hæc adeo ut ex hac nocte primum lex teneat ſenes
Bene ualete:atq; adoleſcentes:hæc ſi uobis lex placet:
Ob ſenum hercle induſtriam uos æquum eſt clare plaudere.

Pſeudolus.

Vtedete hodie mihi:bona in ſcenam affero.
ſ Nam bona bonis ferri:reor æquom maxume.
Vt mala malis:qui mali habeant mala.
Q ui boni:bona.bonos q; oderint mali.
Sunt mali:malos q; oderunt boni.
Bonos eſſe:uoſq; id eſtis boni.
Semper odiſtis malos:& lege:& legionibus.
Hos frigitaſtis:q; rite ſucceſſit bonis.
Nunc bonam boni bono operam date gregi.
Q ui bonus eſt:ad bonos hodie affert bona.
Aures:oculi:animus ampliter fient ſaturi.
In ſcenam qui ieiunus uenerit aut ſitiens:
Is riſu & uentre raſo uigilabit ſedulo
Dumq; alii ridebunt:ſaturi mordebunt famelici,
Nunc ſi ſapitis ieiuni abſcedite:atq; diſcedite
Vos ſtate ſaturi:imo ſedete atq; attendite
Non argumentum:neq; huius nomen fabulæ
Nunc proloquar.ſatis id facit Pſeudolus
Satis id dictum puto iam:atq; deputo



Vbi lepos:ioci riſus:uinum:ebrietas dent.
Gratiæ decor:hilaritas:atq; delectatio
Q ui quærit ultra:is malum uidetur quæri
Curas malas abiicite iam at ocioſos hodie
Exporgi lumbos melius:atq; exurgier
Plautina longa.fabula in ſcenam uenit.

Prologus.

Ræſentis numerat quindecim miles minas
Simul conſignat ſymbolum ut phœnicium
P Ei det lenoequi eum cum reliquo afferat
Venientem caculam interuortit ſymbolo
Dicens ſyrum ſe ballionis pſeudolus.
Opemq; herili.ita tulit:nam ſimiæ
Leno mulierem quem is ſuppoſuit:tradidit:
Venit harpax uerus:res palam cognoſcitur:
Senexq; argentum:quod erat pactus reddidit.

Pſeudolus.Callidorus.

Pſe. I ex te tacente fieri poſſem certior here quæ miſeriæ te
ſ Tam miſere macerant:duoꝝ labori ego hominū parſiſſem
Lubens.mei te rogandi & tui reſpondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non poteſt:neceſſitas
Me ſubigit:ut te rogitem:reſponde mihi quid eſt quod tu
Exanimatus iam hos multos dies geſtas tabellas tecum:eas
Lachrymis lauis neq; tui participem conſilii quenquam facis?
Eloquere:ut quod ego neſcio:id tecum ſciam.Cal.miſere
Id te prohibeſſit
Miſer ſum pſeudole.Pſe.id te iupiter prohibeſſit.
Cal. Nihil hoc iouis ad iudicium attinet ſub ueneris regno uapulo:
Non ſub iouis.Pſe.licet me id ſcire quid ſit?nam tu me antidhac
Supremum habuiſti comitem conſiliis tuis.Cal.idē animus nunc
Fac me certum
Eſt.Pſe.fac me certum quid tibi ſit iuuabo.aut re.aut opera.aut
Conſilio bono.Cal.cape has tabellas:tute hinc narrato tibi
Q uæ me miſeria & cura contabefacit.Pſe.mos tibi geretur.
Sed quid hoc quæſo?Cal.quid eſt.Pſe.ut opinor:quærunt
Litteræ hæ ſibi liberos:alia aliam ſcandit.Cal.ludis me ludo tuo
Sibylla
Pſe. Has quidem pol credo niſi ſibylla legerit:interpretari alium
Inclemēter lepidis litteris
Poſſe neminem.Cal.cur inclementer dicis lepidis litteris.
Lepidis tabellis.lepida conſcriptis manu?Pſe.an obſecro hercle
Habentq; gallinæ manus?nam has quidem gallina ſcripſit.
Cal. Odioſus mihi es:lege:uel tabellas redde.Pſe.imo enim
Pellegam:aduortito animum.Cal.non adeſt.Pſe.at tu cita.
Cal. Immo ego tacebo.tu hinc ex cæra cita:nam iſtic meus animus
Nunc eſt:non in pectore.Pſe.tuam amicam uideo calidore.
Cal. Vbi ea ē obſecro?Pſe.eccam in tabellis porrectam:in cæra cubat:
Cal. At te dii deæq; quantus es.Pſe.ſeruaſſint quidem.
Solſticialis herba
Cal. Q uaſi ſolſticialis herba pauliſper frui repente exortus ſum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Repentino occidi. Pſe.tace dum tabellas pellego. Cal.ergo
Quin legis. Pſe.phœnicium calydoro amatori ſuo per
Per ceram & linum
Ceram & linum litteraſq; interpretes ſalutem mittit
Et ſalutem abs te expetit:lachrymans titubanti animo
Corde & pectore. Cal.perii ſalutem nuſquam inuenio
Pſeudole:quam illi remittam. Pſe.quam ſalutem. Cal.argenteam
Pſe. Pro lignea ſalute uis argenteam remittere illi? uideſis
Recita
Quam tu rem geras. Cal.recita modo ex tabellis iam ſaxo ſcies
Quam ſubito argento mihi uſus inuento ſiet. Pſe.leno me
Peregre militi macedonico minis uiginti uendidit
Voluptas mea:& priuſq̃ hinc abit quindecim miles minas
Dederat:nunc unæ quinq; remorantur minæ.
Symbolū
Ea cauſa miles hic reliquit ſymbolum expreſſam in cæra
Ex anulo ſuam imaginem:ut qui huc adferret eius ſimilem
Symbolum cum eo ſimul me mitteret ei rei dies
Præſtituta dies
Hæc præſtituta eſt:proxima dionyſia. Pſe.cras ea quidem
Sunt. Cal.prope adeſt exitum mihi:niſi quid mihi
In te eſt auxilii. Pſe.ſine pellegam. Cal.ſino.nam mihi
Videor quom ea fabularier:lege:dulce amarumque
Vna nunc miſces mihi. Pſe.nunc noſtri amores:mores:
Conſuetudines.iocus.ludus.ſermo.ſuauis ſauiatio.
Morſiunculæ
Compreſſiones arcte amantium comparatæ teneris libellis
Molles morſiunculæ.papillarum horridularum oppreſſiunculæ.
Harum uoluptatum mihi omnium:atq; itidem tibi diſtractio.
Vaſticies
Diſſidium.uaſticies uenit:niſi quæ mihi ineſt aut tibi ē ī me ſalus.
Hæc quæ ego ſciui ut ſcires curaui omnia:nunc ego te experiar
Quid ames:quid ſimules.uale. Cal.eſt miſere ſcriptum pſeudole.
Pumiceos oculos
Pſe. O miſerrime. Cal.quin fles? Pſe.Pumiceos oculos habeo.
Exorare lachrymam
Non queo lachrumam exorare ut expuant unam modo.
Siccoculū
Cal. Quid ita? Pſe.genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.
Cal. Nihil ne adiuuare me audes? Pſe.quid faciam tibi? Cal.heu
Pſe. Heu:id quidem hercle ne parſis dabo. Cal.miſer ſum:argentum
Nuſq̃ īuenio mutuū pſeudole. Pſe.heu:neq; intus nūmus ullus ē?
Cal. Hau ille abducturus eſt mulierem cras. Pſe.heu. Cal.iſtoccine
Pacto me adiutas. Pſe.do id quod mihi eſt.nam is mihi theſaurus
Iugis in noſtra eſt domo. Cal.actum hodie de me eſt:ſed potes
Nunc mutuam drachmam dare mihi unam:quam cras reddā tibi?
Pſe. Vix hercle opinor eſt:ſi me opponam pignori ſed quid de
Opponam pignori
Drachma facere uis? Cal.reſtim uolo mihi emere. Pſe.quamobrē?
Cal. Qui me faciā penſilē:certū eſt mihi ante tenebras pſeq; tenebras:
Pſe. Quis mihi igitur drachmam reddet:ſi dederim tibi.an tu te ea
Cauſa uis ſciens ſuſpendere:ut me defraudes drachma:ſi
Dederim tibi? Cal.profecto nullo pacto poſſum uiuere
Si illa a me abalienatur atq; adducitur. Pſe.quid fles?
Cucule uiues. Cal.quid ego ni fleam:cui nec paratus



Nummus argenti ſiet.neq; libellæ ſpes ſit uſquam gentium
Pſe. Vt litterarum ego harum ſermonem audio: Libella
Niſi tu illi drachmis fleueris argēteis:quod tu iſtis lachrymis
Te ꝓbare poſtulas:non pluris refert.q̃ ſi imbrem in cribrum geras Imbrem in cribrum
Verū ego te amantem:ne paue:non deſeram:ſpero alicūde hodie
Me bona opera:aut hac mea tibi inuenturū eſſe auxiliū argētariū
Cal. At id futurū unde. Pſe.unde unde dicam:neſcio quia futurum eſt
Ita ſupercilium ſalit. Cal.utinā quæ dicis:dictis facta ſuppetāt. Supercilīū ſalit
Pſe. Scis tu quidē hercle mea ſi cōmoui ſacra quo pacto & quātas Turbellæ
Soleam turbellas dare? Cal.in te nunc ſunt omnis ſpes ætati meæ
Pſe. Satin eſt ſi hanc hodie mulierem efficio tibi tua ut ſit:aut ſi tibi
Do uiginti minas? Cal.ſatin ſi futurū ē? Pſe.roga me uiginti mīas
Vt me effecturū tibi quod promiſi ſcias roga. Cal.obſecro hercle Roga
Pſe. Geſtio ꝓmittere. Cal.dabis ne argenti mihi hodie uiginti minas?
Pſe. Dabo:moleſtus nūc iam ne ſis mihi:atq; ne dictum tibi neges
Dico prius ſi neminem alium potero:tuum tangā patrē. Cal.dii te Tangam patrem
Mihi ſeruent:uerum ſi potes pietatis cā uel etiā matrē quoque
Pſe. De iſtac re in oculum utrū uis conquieſcito. Cal.oculum utrum In oculum utrum uis conquieſcito
An ne in aurem. Pſe.at hoc peruolgatum eſt minus nunc nequis In aurem
Dictum ſibi neget:dico oibus pube præſenti:ī cōtione oī populo Pube præſenti
Omnibus amicis notiſq; edico meis in hunc diē a me ut caueant:
Ne credant mihi. Cal.tace obſecro hercle. Pſe.quid negocii eſt?
Cal. Oſtium lenonis crepuit. Pſe.crura mauellem modo.
Cal. Atq; ipſe egreditur:penitus periurum caput.

Leno. Lorarii.iiii. Pſeudolus Seruus. Calidorus adoleſcens

Le. Xite.agite.ite ignaui.male habiti:& male cōciliati
Quoꝝ nunq̃ quicq̃ cuiq̃ uenit in mentem:ut recte faciant Male conciliati
Quibus niſi ad hoc exēplū expior:nō pōt uſura uſurpari.neq; ego
Homines magis aſinos unq̃ uidi:ita plagis coſtæ callent: Vſura uſurpari
Quos dū ferias:tibi plus noceas.eo enī ingenio hi ſūt flagritribæ
Qui hæc habēt ↄſilia:ubi data occaſio ē:rape clepe tene.harpaga Flagritribæ
Bibe.effuge:hoc ē eoꝝ opus ut mauelis lupos apud ouis linquere Clepe
Quā hos domi cuſtodes:at faciē cū aſpicies eoꝝ haud mali uidenť
Opera fallunt.nūc adeo hāc edictionem niſi animū aduortetis oēs Opa fallūt
Niſi ſomnum ſocordiamq; ex pectore oculiſq; amouetis:
Ita ego ueſtra latera loris faciam ut ualide uaria ſint:
Vt ne periſtromata quidem æque picta ſint campanica:
Neque alexandrina beluata conſuta tapetia. Periſtromata campanica
Atq; heri ante dixeram omnibus dederamq; eas prouincias Tapetia alexādrina
Veꝝ ita uos eſtis perditi:negligentes ingeniu improbo
Officium ueſtrum ut uos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati eſtis:uos uincere hoc duricia tergi atq; me
Hoc uide ſis ut alias res agunt.hoc agite:hoc animum aduortite
Huc adhibete aures:quæ ego loquar.plagigera genera hominū Hoc agite Plagigera
Nunq̃ ædepol ueſtrum durius tergum erit:q̃ terginū hoc meum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Cui nũc dolet:hem:ſic datur.ſi quis herum ſeruus ſpernit.
Adſiſtite omnes contra me:& quæ loquor:aduortite animum.
Tu qui urnam habes:aquã ingere.face plenum ænum ſit cito.
Te cum ſecuri:caudicali præficio prouinciæ.

Caudicalis prouincia

Lo. At hæc retonſa ẽ.Le.ſine ſiet.itidem quoq; uos eſtis plagis omnes
Nũ qui minus ea gratia tamen omnium opera utor.
Tibi hoc præcipio:ut niteant ædes:habes qd facias ꝑpera abi itro
Tu eſto lectiſterniator:tu argentũ eluito:id extruito

Lectiſterniator

Hæc cum ego a foro reuertor:facite ut offendam parata
Verſa ſparſa ſtrata lautaq; coctaq; omnia uti ſient
Nam mihi hodie natalis dies eſt:decet eũ omnes uos concelebrare
Pernã callũ:glandium ſumen facito in aqua iaceant.ſatin audis
Magnifice uolo enim ſummos uiros accipere:ut mihi rẽ eſſe reañt
Intro abite atq; hæc cito celebrate:ne mora quæ ſit cocº cũ ueniat
Mihi.ego eo in macellum ut piſcium quicqd eſt precio præſtinem

Præſtinem precio

I puere præ:nequiſq; pertũdat crumenã cautio eſt:
Vel operire:eſt quod domi dicere pene ſum oblitus.
Auditin:uobis mulieres hanc habeo edictionem.
Vos quæ in mundiciis:molliciis:delitiiſq; ætatulam agitis.

Edictio Aetatula

Viris cũ ſummis inclitæ:amice nunc ego ſcibo atque hodie expiar
Q uæ capiti quæ uẽtri opam det quæq; ſuæ rei.quæ ſõno ſtudeat
Q uam libertã fore mihi credã.& quam uenalẽ hodie experiar.
Facite hodie:ut mihi munera multa huc ab amatoribꝰ coueniãt
Nam niſi penus annuus hodie cõgeraẽ:cras populo proſtituã uos

Penus ãnuus

Natalẽ ſcitis mihi eſſe diẽ hunc:ubi iſti ſunt:quibus uos oculi eſtis
Q uibus uitæ:quibus delitiæ eſtis:quibus ſuauia.mamilla:mellita
Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædis iã hic adſint.
Cur ergo ueſtẽ.aurũ atque ea qbus eſt uobis uſui phibeo.qd mihi
Domi niſi malũ ueſtra operã ẽ.hodie iprobe uino mõ cupidæ eſtis
Eo uos ueſtros panticeſque adeo madefacitis cũ ego ſim hic ſiccus

Mãpulatĩ Mũgeruli Vino cupidæ Pautice Siccus

Nũc adeo hoc factũ eſt optimũ:ut nomine quanque appellem ſuo.
Ne dictum eſſe actutum ſibi quæpiam ueſtrarum mihi neget.
Aduortite animũ cunctæ principio hedillum tecum ago
Q uæ amica es frumentariis
Q uibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi.
Fac ſis ſit delatum huc mihi frumentũ:hũc annũ quod ſatis
Mihi etiam familiæ omni ſit meæ:atq; adeo ut frumento affluã
Vt ciuitas nomen mihi cõmutet:meq; ut prædicet.
Lenone ex ballione regem iaſonem.Cal.audin furcifer
Q uæ loquitur:ſatin magnificus tibi uidetur?Pſe.pol iſte

Rex Iaſon

Atq; etiam maleficus:ſed tace atq; hanc rem gere.
Le. Aeſchrodora tu quæ amicos tibi habes lenonũ æmulos
Lanios qui item ut nos iureiurando malo querunt rem.audi
Niſi carnaria tria grandia tergoribus onerata:iuberi hodie
Mihi erunt.cras quaſi dircem olim ut memorant duo

Carnaria Dirce.



Ggnati iouis deuinxere ad taurũ.item hodie ſtringam ad carnariũ
Id tibi profecto taurus fiet.Cal.nimis ſermone huius
Ira incendor.Pſe.hũccine hic hominem pati colere iuuentutẽ
Atticã ubi ſunt:ubi latent:quibus ætas integra eſt q amãt a lenone

Amant a lenone

Q uin cõueniunt:quin una omnes peſte hac populũ hũc liberãt.
Sed nimis ſum ſtultus:nimium fui
Indoctus:ne illi audent id facere quibus ut ſeruiant
Suus amor cogit:ſimul,prohibet faciant.
Aduerſum eos quod uolunt:Cal.uah race.Pſe.quid eſt?
Cal. Malemorigerus male facis mihi:cũ ſermone huic obſonas.
Pſe. Taceo.Cal.at taceas malo multo q̃ tacere te dicas.Le.tu autem
Xiſtilis fac ut animum aduortas.quoius amatores
Oliuinam domi habent maxumam.
Si mihi non iam huc culleus oliui deportatur

Xiſtilis. Oliuina. Culleus.

Te ipſam culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam.

Pergula.

Ibi tibi adeo lectus dabitur:ubi tu haud ſomnium capias:
Sed ubi uſque ad langorẽ:tenes quorſum hæc tẽdãt quæ loquor:
En execrato:quæ tibi amicos tot habes tã ꝑbe oleo onuſtos

Execrato

Nunc tua iam eſt hodie & tuoꝝ opera conſeruorum.
Nitidiſſimũ caput:aut num ipſe ego pulmento utor magis
Vnctiuſculo:ſed ſcio tu oleũ haud magnipẽdis: uino te deuincis.

unctiuſculꝰ Vino te deuincis.

Sine modo reprehẽdã ego cuncta hercle una opera niſi
Q uidẽ hodie tu omnia facis ſceleſta:hæc ut loquor.
Tu autem quæ pro capite argentũ mihi iã iamq; ſæpe numeras
Ea paciſci modo ſcis ſed quæ pacta es:non ſcis ſoluere.
Phœnicium tibi hæc ego loquar:delitiæ ſummatum uirum
Niſi hodie mihi exſundis tuorũ amicoꝝ omne huc penus adfertur

Phœniciũ penus.

Cras pœni phœnicio chorio inuiſes pergulam.

Callidorus.Pſeudolus.Ballio Leno.

Cal. P Seudole nõ audis quæ hic loquitur?Pſe.audio here eqdẽ
Atq; animũ aduorto.Cal.qd mihi es auctor huic ut mittã
Ne amicã hic meã ꝓſtituat.Pſe.bene curaſſis.liqdo es aio

Liqdo aio.

Ego pro me & pro te curabo.iamdiu ego huic bene.& hic mihi
Volumus.& amicicia eſt antiqua.mittam hodie huic ſuo die natali
Malam rẽ magnã & maturã.Cal.quid opus ẽ?Pſe.potin aliã rem
Vt cures.Cal.at.Pſe.bat.Cal.crucior.Pſe.cor dura.
Cal. Nõ poſſum.Pſe.fas poſſis.Cal.quonã pacto poſſim uincerẽ animũ
Pſe. In rem quod ſit præuortaris.quã rem aduerſo animo auſcultes
Cal. Nugæ iſta hæc ſunt:non iucundum eſt niſi amans facit
Stulte.Pſe.pergin.Cal.o pſeudole mi ſine ſim nihili
Pſe. Mitte me ſis.Cal.ſino.Pſe.modo ego abeã.Cal.mane mane iam
Vt uoles me eẽ ita ero.Pſe.nũc tũ lapis?Bal.it dieſ ego mihi ceſſo
I præ puere.Cal.heus abiit.quin reuocas?Pſe.qd ꝓperas placide

It dies. Puere.

Cal. At priuſquam abeat:quod hoc malum tam placidus puere hodie
Pſe. Nate heus:hodie nate:tibi ego dico.heus hodie nate:redi:&

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Reſpice ad nos.tam & ſi occupatus:moramur:mane.ſũt conloqui
Q ui uolunt te.Bal.quid hoc eſt.quis ẽ qui moram occupato
Moleſtam obtulit.Pſe.qui tibi ſoſpitalis fuit?Bal.mortuus eſt

Soſpitalis

Q ui fuit:qui eſt uiuus eſt.Pſe.nimis ſuperbe.Bal.nimis moleſtus
Cal. Reprehẽde hominẽ adſequere.Bal.i puere.Pſe.accedamus hac
Obuiam.Bal.iupiter te pdat quiſquis es.Pſe.te uolo
Bal. At uos ego ambos.uorte hac te puere.Pſe.non licet conloqui te?
Bal. At mihi non lubet.Cal.ſin tuã eſt quippiã in rem?
Bal. Licet ne obſecro uiuere an non licet.uah manta.Pſe.omitte

Manta
Inanilogus

Cal. Ballio audi.Bal.ſurdus ſum:profecto inanilogus es.Cal.dedi.
Dum fuit:Bal.non peto quod dediſti?Cal.dabo quando erit.
Bal. Ducito quando habebis.Cal.heu heu quã ego malis pdidi modis
Q uid tibi detuli & quod dedi.Bal.mortua uerba nunc
Facis.ſtultus es.rem actam agis.Pſe.noſce ſaltẽ hunc quis eſt.

Mortua
uerba
Rem actã
agis

Bal. Iamdiu ſcio qui fuit.nunc qui eſtis ipſus ſciat.ambula tu
Pſe. Potin ut ſemel modo ballio hunc cum lucro reſpicias
Bal. Reſpiciam iſtoc precio?nam ſi ſacrificem ſummo ioui
Atque in manibus exta teneam ut porriciam interea loci
Si lucri quid detur:potius rem diuinam deſeram.

Perriciam

Pſe. Non potes pietati obſiſti huic:ut res ſunt cæteræ
Deos quidẽ quod maxume æquum eſt metuere:eos minimi facit
Bal. Compellabo.ſalue multũ ſerue athenis peſſume.Pſe.di te deæque
Ament uel huius arbitratu uel meo:uel ſi dignus alio pacto
Neque ament neque faciant bene:Bal.quid agitur calidore?
Pſe. Amatur atq; egetur acriter:Bal.miſereat ſi familiã alere poſſim
Miſericordia.Pſe.eia ſcimus nos quidem te qualis ſis:ne prædices
Sed ſcin quid nos uolumus:Ba.pol ego prope mõ ut male ſit mihi

Amatur.
egetur

Pſe. Et id & hoc quod te reuocamus:quæſo animũ aduorte?Bal.audio
Atq; in pauca ut occupatus nũc ſum confer qd uelis.

Vt

Pſe. Heu pudet quod tibi promiſit:quanq̃ id promiſit die
Q uia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit.
Bal. Nimio id quod pudet facilius fertur:q̃ illud quod piget
Non dediſſetis uos pudet.me quia non accepi piget.

Pudet.
Piget
Manta

Pſe. At dabit parabit aliquid hos dies:manta modo.
Nam hic id metuit:ne illam uendas ob ſimultatem ſuam.

Simultas
Daniſta

Bal. Fuit occaſio ſi uellet iãpridem argentum ut daret.
Cal. Q uid ſi non habui.Bal.iam habes:inuenires tuum.
Ad daniſtã deuenires adderes fœnuſculũ ſurripuiſſes

Fœnuſculũ

Patri.Pſe.ſurriperet hic patri audaciſſime:non piculum.
Eſt ne quid recte mõſtres?Bal.non lenoniũ eſt?
Cal. Egon patri ſurripere poſſim quicq̃ cauto ſeni
Atq; adeo ſi facere poſſem:pietas prohibet.Bal.audio
Pietatem ergo iſtam amplexator noctu pro phœniceo
Sed cum pietate amori uideo tuo præuortere:omnes tibi
Patres ſunt.nullus eſt tibi quem roges mutuũ argentum



Cal. Q ui nomen quoq; iam interit mutuum.
Bal. Heus tu poſtq̃ hercle iſti a menſa ſurgunt ſaturi poti.
Q ui ſuum repetunt:alienũ reddunt nato memini
Ab alienis cautiores ſunt.nec reddant alteri.
Cal. Nimis miſer ſum nũmum nuſq̃ reperire argenti queo
Ita miſer & amore peo & inopia argentaria.Bal.eme die
Cæca hercle oliuũ.id uendito oculata die.iã hercle uel
Ducentæ fieri poſſunt præſentes minæ.Cal.perii an non tum
Lex me perdit.Bal.Q ui?Cal.Nam.quina uicenaria metuunt cre
dere omnes.

Die ceca
Die ocula
ta
Præſentes
minæ

Bal. Eadem eſt mihi lex metuo credere.Pſe.credere autem
Eho an pœnitet te quando hic fuerit uſui?Bal.non eſt iuſtus
Q uiſq̃ amator:niſi q perpetuat data:detq; uſque quando
Nihil ſit ſimul amare deſinat.Cal.nihil ne temet miſeret?

Perpetuat

Bal. Inanis cedes.dicta nõ ſonãt:atq; ego te uiuũ ſaluumq; uellem:
Pſe. Eo an iam mortuus ẽ.Bal.illico uixit amator:ubi lenoni placet:
Semper tu ad me cũ argentata accedito querimonia.
Nam iſtuc quod nunc clamitare.non eſſe argentum tibi
Apud nouercam querere:Pſe.eho nũq̃ tu huius nupſiſti patri?

Dicta non
ſonant
Vixit
Argentata
que.imõia

Bal. Di melius faciant.Pſe.fac hoc:quod te rogamus ballio
Mea fide ſi iſti formidas credere:ego in hoc triduo
Aut tera aut mari alicunde eluoluam id argentum tibi.
Bal. Tibi ego credam?Pſe.cur non?Bal.quia pol.qua opera credã tibi
Vna opera alligem fugitiuam canem agninis lactibus.

Lactibus
agninis

Cal. Siccine mihi abs te bene merenti male refertur gratia.
Bal. Q uid nunc uis?Cal.ut operiare hos ſex dies ſaltem modo
Ne illam uẽdas neu perdas me hominẽ amantẽ.Bal.bono
Animo es uel ſex opperibor menſes.Cal.euge homo
Lepidiſſime.Bal.imo uin etiam te faciã ex læto lætantẽ magis?
Cal. Q uid iam?Bal.quia enim non uenalem habeo phœnicium.

Ex læto
lætantem
Hoſtiæ
Victimæ

Cal. Non habes.Bal.non hercle uero.Cal.pſeudole accerſi hoſtias
Victimas.lanios ut ego huic ſacruficem ſummo ioui.
Nam hic mihi nunc eſt multo potior iupiter.inquam iupiter
Nolo uictimas.agninis me extis placari uolo.propera
Q uid ſtas accerſe agnos:audin quid ait iupiter?Pſe.iam hic ero
Verum extra portã metiam currenduſt prius.Cal.quid eo?
Pſe. Lanios inde accerſam duos cũ tintinabulis:eadem duo
Greges uirgarum inde ulmearum adegero:ut hodie
Ad litationem huic ſuppetat ſatius ioui in malam crucem.

Tintinabu
la

Cal. Iſtic ibit iupiter lenonius:ex tua re non eſt ut ego emoriar:
Pſe. Q ui dum?Cal.ego dicam tibi quia ædepol dũ ego uiuus uiuam
Nunquã eris frugi bonæ:ex tua re non eſt ut ego emoriar.
Pſe. Q ui dũ?Cal.ſic quia ſi ego emortuus ſim:athenis te ſit
Nemo nequior.Pſe.dic mihi obſecro uerum hercle ſerio hoc
Q uod te rogo eſt non habes uenalem amicã tu meã phœnicium?

Ex tua r
non eſt

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Bal. Non edepol habeo profecto:nam iampridem uendidi
Cal. Quo modo?Bal.ſine ornamentis cum inteſtinis omnibus
Cal. Meam tu omicã uendidiſti?Bal.ualde uiginti minis
Cal. Viginti minis?Bal.utꝝ uis uel quater quinis minis
Militi macedonico etiam quindecim habeo minas.
Cal. Quid ego ex te audio?Bal.amicã tuã eſſe factã argenteam.
Cal. Cur id auſus facere?Bal.libuit:mea fuit.Cal.eo pſeudole
I gladiũ adfer.Pſe.quid opus gladio.Cal.qui hunc
Occidam atq; me.Pſe.quin tu te occides potius:nã hunc fames
Iam occiderit.Cal.qd ais quãtum terra tegit hominum
Periuriſſime.iuraſtin te illã nulli uenditurum niſi mihi?

Conceptis. Conſutis dolis.

Bal. Fateor.Cal.nempe conceptis uerbis.Bal.etiam conſutis quoque
Cal. Periurauiſti ſceleſte.Bal.at argentum intro cõdidi ego ſceleſtus
Nunc argentum promere poſſum domo.tu qui ſis iſtoc genere
Gnatus nũmũ nõ habes.Cal.pſeudole adſiſte altrinſecus atq;

Altrĩſecus.

Onera hunc maledictis.Pſe.licet nunq̃ ad prætorem atq; curſim
Currã:lite utar manu.Cal.ingere mala multa.Pſe.iam ego
Te differam dictis meis impudice.Bal.ita eſt.Pſe.ſceleſte.

Lite utar manu. differam. buſtirape. Socio fraude. Vetera uaticinamini Legirupa. Babe.

Bal. Dicis uera.Pſe.uerbero.Bal.quippini.Cal.buſtirape.
Bal. Certe.Cal.furcifer.Bal.factũ optume.Cal.ſocio fraude
Bal. Sunt mea hæc iſta.Pſe.parricida.Bal.perge tu.Pſe.ſacrilege
Bal. Fateor.Cal.periure.Bal.uetera uaticinamini.Cal.legirupa
Bal. Valide.Pſe.pernicies adoleſcentum.Bal.acerrime.Cal.fur.
Bal. Babae.Pſe.fugitiue.Bal.bombax.Cal.fraus populi
Bal. Planiſſume.Pſe.fraudulente.Cal.impure leno.Pſe.cenum.

cãtores ꝓbi

Bal. Cantores probos.Cal.uerberauiſti patrem atq; matrem.
Bal. Atq; occidi quoq; potiuſq̃ cibũ perhiberẽ.nũ peccaui qppiam
Pſe. Impertuſum ingerimus dicta dolium.operam ludimus.
Bal. Nunqd aliud etiam uoltis dicere?Cal.ecqui te pudet.

Caſſa nux.

Bal. Te amatorem inuentum eſſe inanẽ quaſi caſſam nucem.
Sed quãq̃ multa mala quæ in me dicta dixiſti mihi
Niſi mihi attulerit miles quinq;:quas debet minas
Sicut hæc eſt præſtituta:ſũme argento dies
Si is non aderit:poſſe opinor facere officium meum:
Cal. Quid id ẽ?Bal.ſi tu argentum attuleris cũ illo perdiderim
Fidem hoc meum eſt officium ego operæ ſi ſit plus
Tecũ loquar:ſed ſi ne argento fruſtra ẽ.ꝙ me tui miſereri poſtulas
Hæc mea eſt ſententia?ut tu hinc porro quid agas conſulas
Cal. Iam ne abis:Bal.negocii ſum plenus.Pſe.paulopoſt magis.
Illic homo meus eſt niſi omnes di me atq; homines deſerunt.

Exoſſabo ut murenã Simulter.

Exoſſabo ego illũ ſimulter itidem ut murenã coquus
Sed nunc callidore operam mihi te uolo dare.Cal.ec
Quid imperas?Pſe.hoc ego oppidum admœnire ut hodie capiat
Volo:ad eam rem uſuſt hominẽ.aſtutũ.doctũ.ſcitũ.& callidum.
Qui imperata hæc facta reddat.non qui uigilans dormiat.



Cal: Cedo mihi quid eſt facturus.Pſe.tempori ego faxo ſcies.
Nolo bis iterare ſat ſic longæ fiunt fabulæ.Cal.optumum:
Atq; æquiſſimum oras.Pſe.propera adi ac hominem cito
Pauci ex multis ſunt amici homini qui certi ſient.
Cal. Ego ſcio iſtuc.Pſe.ergo utrinque tibi nunc delectum para:
Ex multis exquire illis unum:qui certus ſiet.
Cal. Iã hoc faxo aderit.Pſe.potin ut habeas.Cal.tibi morã dictis creas

Pſeudolus.

Oſtq̃ illic hinc abiit.tu aſtas ſolus Pſeududolus:
p Quid nunc acturus:poſtq̃ herili filio largitus dictis
Dapſilis.ubi ſunt ea:cui neq; parata gutta certi conſilii:
Neq; adeo argenti.neque nunc quid faciam ſcio.neq; exordiri
Primum:unde accipias habeas neque ad detexundam tellam
Certos terminos.ſed quaſi poeta:fabulas cum cœpit:ſibi
Quærit quod nuſq̃ eſt gentium reperit tamen:facit illud
Veriſimile quod mendacium eſt:nũc ego poeta fiam.uiginti mine
Quæ nuſq̃ nunc ſunt gentium inueniam tamen.
Atq; ego huic iamipridẽ me datuꝝ dixerã:at uolui iniicere
Tragulã in noſtrũ ſenem:uerũ is neſcio quo pacto præſens it pri⁹ Tragula
Sed cõprimenda eſt mihi uox atq; oratio:heꝝ eccum uideo huc
Simonem una ſimul cum ſuo uicino caliphone incedere.
Ex hoc ſepulchro uetere uiginti minas effodiam ego hodie:
Quas dem herili filio:nũc huc concedam:ut hoꝝ ſermonẽ legam

Simo.Calipho.Senes.ii.Pſeud.ſeruus.

Si. I de damnoſis aut de amatoribus dictator fiat nunc athenis
ſ Atticis nemo antecedat filio credo meo:ita nũc ꝑ urbem
Solus ſermo eſt omnibus:eũ uelle amicã liberare:& q̃rere

De damnoſis dictator Renunciãt Subolet. Heret negocium.

Argentum ad eam rẽ:hoc alii mihi renunciant:atq; id iam
Pridẽ ſenſi & ſubolet mihi.Pſe.occiſa ẽ hec res:heret hoc negociũ
Quin cõmeatũ uolui argentarium ꝓficiſci.ibi nunc oppido
Oppoſita obſtacula:preſenſit nihil ẽ prædæ prædatorib⁹.Cal.ho
Qui geſtant quique auſcultãt crimina ſi meo arbitratu (mines
Liceat omnes pendeant geſtores linguis:auditores auribus

Geſtores linguis

Nam iſta quæ tibi renunciantur filium:te uelle amantem
Argento circunducere forſitan ea tibi dicta ſunt mendacia.

Circũducerẽ

Sed ſi ea uera ſunt:ut nunc eſt maxime:quid mirum fecit.
Quid nouum:adoleſcens homo:ſi amat ſi amicam liberat.
Pſe. Lepidum ſenem.Si.uetus nolo faciat.Cal.at enim ne quicq̃ uis
Vel tu ne faceres tale in adoleſcentia ꝓbum patrem eſſe oportet.
Qui gnatum ſuum eſſe probiorem quam ipſus fuerit poſtulet.
Nam tu quod damni:& quod feciſti flagitii?populo uiritim
Potuit diſpartirier:id ne tu mirari ſi patriſſat filius
ὤζεῦς q̃ pauci eſtis homines commodiorem
Illic eſſe patrem:eſſet ut equior filio.Si.ſi quis hic loquitur
Meus hic eſt quidem ſeruos pſeudoloſus.hic mihi corrũpit filium

Damnum. flagitium. Populo uiritim diſpartirier Patriſſat

&

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Pedagoguſ
Iram i pm
ptu

Scelerū caput hic dux.hic ille ē pedagog⁹.hūc ego cupio excrucia
Cal. Iam iſtæc inſipientia irā in promptu gerere quanto ſatius eſt (ri
Adire blandis uerbis:atque exquirere ſint illa nec ne ſint quæ tibi
Renunciantur?bonus animus in mala
re dimidium eſt mali.Si.tibi auſcultabo
Pſe. Itur ad te pſeudole orationem tibi para aduerſum ſenem
Herum.ſalutato primū.ut equom eſt:poſtea ſi qd ſuperſit uicinos
Impartio.Si.ſalue quid agitur?Pſe.ſtatur hic ad hunc modum

Status ba
ſilicus
Innocens
Innoxius
Per nebulā

Si. Statum uide hominis callipho quaſi baſilicum.Cal.bene
Confidenter quæ te adſtitiſſe intellige.Pſe.decet innocens.
Qui ſit atq; innoxius ſeruū ſuperbum eſſe apud herū potiſſimum
Cal. Sunt quæ te uolumus pcontari quæ quaſi per nebulam
Noſmet ſcimus:atq; audiuimus.Si.cōficiet iam te hic

Socrates

Verbis ut tu cenſeas non pſeudolum:ſed ſocratem tecum loqui
Pſe. Ita eſt:iampridem tu me ſpernis:ſentio.paruam eſſe
Apud te mihi fidem eſſe intelligo
Pſe. Cupis me eſſe neq̄ tamen ero frugi bonæ
Si. Fac ſis uacuas pſeudole ædis:aurium mea ut migrare dicta
Poſſint quo uolo.Pſe.age loquere quid uis tametſi tibi ſuccenſeo
Si. Mihin domino ſeruos tu ſuccenſes.Pſe.iam tibi mirum id uidetur
Si. Hercle qui ut tu prædicas.cauēduſt mihi abs te irato
Atq; alio tu modo me uerberare:atq; ego te ſoleo cogitas.
Pſe. Quid cenſes:Si.edepol merito eſſe iratum arbitror
Cum apud te parum ſtet fides:Pſe.iam ſic ſino
Iratus ſit ego ne quid noceat cauero
Si. Sed qd ais?quid hoc quod te rogo.Pſe.ſi quid uis roga
Quod ſcibo.delphis reſponſum dicito.auorte
Ergo animū.& fac ſis promiſſi memor.Si.quid ais
Ecquam ſcis filium tibicinā meū amare.Pſe:negare meuſt.
Liberare quam uelit ceuton kaitoito negari
Si. Ecquas uiginti minas per ſycophantiam atq; perdoctos dolos

Paritas

Paritas ut a me auferas.Pſe.abs te ego auferam
Si. Ita quas meo gnato des qui amicam liberet fatere
Dycai toina chaytorionai fatetur
Si. Dixin caliphon dudum tibi.Cal.memini.Si.cur hæc
Tu ubi reſciuiſti illico cælata me ſunt cur nō reſciui.Pſe.eloquar:
Quia nolebam te memorem prægigni malum
Herum:ut ſeruos criminaret apud herum.Si.iuberes hunc

Crimino

Præcipitem in piſtrinū trahi.Cal.nūquid peccatū eſt ſimo
Pſe. Immo maxime.Si.deſiſte recte ego meam rem ſapio calipho.
Pſe. Peccata mea ſunt:animum aduorte:nunc iam
Qua propter te expertem amoris nati habuerim.
Piſtri nū ineundum ſcibam:ſi id faxem mihi.
Si. Non a me ſcibas piſtrinum ineūdum tibi
Cum ea muſſitabas.Pſe.ſcibam.Si.cur nō dictum eſt mihi?



Diecula

Pſe. Quia aliud malum aderat:iſtuc aberat longius
Illud erat præſens:huic erat dieculæ.
Si. Quid nunc agetis.nam hic quidem a me non poteſt
Argentum auferri.qui præſertim ſenſerim
Ne quiſq̄ credat nummum iam edicā omnibus
Pſe. Nunq̄ ædepol cuiq̄ ſupplicabo dum quidem
Tu uiues tu mihi hercle argentum dabis:
Abs te equidē ſumā.Si.tu a me ſumes.Pſe.ſtrenue
Si. Excludito mihi hercle oculum ſi dedero.Pſe.ſi dabis
Iam dico ut a me caueas.Cal.certe ædepol ſcio
Si abſtuleris mirum & magnum feceris facinus.
Pſe. Faciam.Si.ſi non abſtuleris uirgis cedito
Pſe. Sed quid ſi abſtulero?Si.do iouem teſtem tibi.
Te ætatem impune habiturum.Pſe.facito ut memineris
Si. Egon ut cauere nequeam cui prædicitur?
Pſe. Prædico ut caueas dico inq̄ ut caueas:caue:hem iſtis

Graphicus
mortalis

Mihi ut hodie manibus argentum dabis.Cal.ædepol
Mortalem graphicum ſi ſeruat fidem.
Pſe. Seruitum tibi me abducito:ni fecero?Si.bene:atque
Amice dices:nam nunc iam meuſt?Pſe.uin etiam
Dicam:quo uos magis miremini?Cal.ſtudeo hercle

Studeo au
dire
Pugnā pu
gnabo.
Cōmemo
rabilis

Audire nam te auſculto libens:Si.agedum nam ſatis
Libenter te auſculto loqui:Pſe.priuſq̄ iſtam pugnam
Pugnabo.ego etiam prius dabo aliam pugnam claram
Et cōmemorabilem.Si.quam pugnā?Pſe.hem ab hoc
Lenone uicino tuo p ſicophātiā:atq; per doctos dolos
Tibicinam illam:tuus quam gnatus deperit
Eam circunducā lepidule nomen.Si.mirum quidem eſt
Pſe. Effectum hoc hodie reddam utrunq; ad ueſperum
Si. Siquidem iſtæc opera ut prædicas perfeceris
Virtute regi agathocli anteceſſeris.ſed ſi non faxis
Nunquid cauſa eſt:illico quin te in piſtrinum condam.
Pſe. Non unū qdē diē modo.uerum hercle in omnis:quantus
Eſt:ſed ſi effecero dabi mihi argentum quod dē lenōi illico
Tua uoluntate?Cal.ius bonū orat pſeudolus dabo iniq;
Si. At enim ſcin quid mihi in mentē uenit?quid ſi iſce

De compa
cto
Cōſutis do
lis
Circunuer
tant

Inter ſe conſenſerunt callipho.aut de compacto faciunt
Conſutis dolis:qui me argento circunuertant:
Pſe. Quis me audacior ſit:ſi iſtuc facinus audeam dicere imo
Sic ſimo ſi ſumus compacti ſiue conſilium unq̄ inimus
De iſtac re:aut ſi de ea re unq̄ inter nos conuenimus.
Quaſi in libro cum ſcribuntur litteræ calamo

Stilis ulme
is

Stilis me totum uſq; ulmeis conſcribito.Si.indice ludos
Nunc iam quando lubet.Pſe.da in hunc diem operam
Callipho quæſo mihi.ne qd te ad aliud occupes negociū?



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Cal. Q uin rus ut irem iam heri conſtitueram?
Pſe. At nūc diſturba quas ſtatuiſti machinas

Diſturba machinas

Cal. Nunc non abire certum eſt iſtac gratia. lubido eſt ludos
Tuos ſpectare pſeudole. & ſi hunc uidebo nō dare argentum tibi:
Q uod dixi: potius q̃ id non fiat ego dabo: non demutabo?
Pſe. Nāque ædepol ſi non dabis: clamore magno: & multū
Flagitabere. agite amouemini hinc uos intro nunc iam
Ac meis uiciſſim date locum fallaciis. Si. fiat: geratur
Mos tibi: ſed te uolo domi uſq; adeſſe. Cal. quin tibi hanc
Operam dico at ego ad forum ibo iam hic adero.
Si. Actutū redi. Pſe. ſuſpicio eſt mihi nūc uos ſuſpicarier.
Me iccirco hæc tanta facinora promittere:
Q uin uos oblectē. hanc fabulā dum tranſigam?
Neq; ſim facturus: quod facturum dixerā. non demutabo.

Demutabo

Atq; ēt certū: qđ ſciā: quo ſim facturus pacto nihil ēt ſcio:
Niſi quia futurū eſt nam qui in ſcenam prouenit
Nouo modo. nouum aliquid inuentum afferre addecet.
Si id facere nequeat. det locum illi qui queat
Concedere aliquātiſper hinc mihi intro libet.

Cōcēturio

Dum concenturio in corde ſycophantias
Tibicen uos interea hic dilectauerit.
Proh iupiter ut mihi quicqd ago lepide omnia proſpereq;
Veniunt. neq; quod dubitem. neq; quod timeam meo ī pectore

Dubito. Timeo

Condictum ē conſiliū: nam ea ſtultitia eſt facinus magnum
Timido cordi credere. nam omnes res perinde ſunt
Vt agas ut eas magnifacias: nam ego in meo pectore prius ita
Paraui copias duplicis triplicis dolos. ꝑfidias. ut ubicūq;

Doli. perfidiæ

Cū hoſtibus congrediar. maloꝝ meoꝝ fretus uirtute
Dicam mei induſtria: & malicia fraudulenti: facile ut uincam
Facile ut ſpoliem meos perduellis meis perfidiis:
Nunc inimicū ego hunc cōmunē meū: atq; noſtrū omnium.
Ballionem exbaliſtabo lepide: date operam modo.

Exbaliſtabo

Hoc ego oppidū admœnire: ut hoc die capiatur uolo.

Admœnirē

Atq; ut hoc meas legiones adducam. ſi hoc expugno
Facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam?
Poſt ad oppidū hoc uetus continuo mecū exercitū
Protinus obducā: inde me & ſimul participes omnes
Meos præda onerabo. atq; opplebo metum: & fugam
Perduellibus meis eſſe: me ut ſciant natum.
Q uo ſum genere gnatus. magna me facinora decet efficere:
Q uæ poſteri mihi clara & diu cluant: ſed hunc quē uideo quis?

Cluant.

Q uis hic eſt qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur. libet ſcire.

Ignorabilis

Q uid hic uelit: cū machæra & huic quā rē agat: hinc dabo īſidias

Harpax Cacula. Pſeudolus ſeruus.



Har. I loci ſūt atq; hæ regiōes: q̃ mihi ab hero ſūt demōſtratæ:
h Vt ego oculis rōnē capio: q̃ mihi ita dixit herus meꝰ miles

Vt ego oculis ratōnem capio.

Septimas eē ædis a porta. ubi ille habitat leno: cui iuſſit
Symbolum me ferre: & hoc argentum nimis uelim

Symbolū.

Certum qui mihi faciat ballion leno ubi hic habitat.
Pſe. St tace tace meus hic eſt homo ni omnes di atq; homines
Deſerunt nouo conſilio nunc mihi, opus eſt noua res ſubito
Mihi hæc obiecta eſt: hoc præuortar: principio illa oia miſſa
Habeo quæ ante agere occepi: nam pol ego hūc ſtratioticum

Stratioticū

Nunciū aduenientē probe percutiā. Har. hoſtium pultabo
Atq; intus euocabo aliquē foras? Pſe. quiſquis es compendiū
Ego te facere pultandi uolo: nam ego precator: & patronus

Precator. patronus.

Foribus proceſſi foras? Har. tu ne eſto ballio? Pſe. imo uero
Ego eiꝰ ſum ſubballio? Har. qd iſtuc uerbi ē? Pſe. cōdus ꝓmus

Condus. promus.

Sum ꝓcurator peni. Har. quaſi te dicas atrienſem.

Beroaldꝰ. Condus qui recondit in cellā penuariā ipſa penora. Promꝰ uero qui depromit ea quæ uſionis gratia depromēda ſunt ut docet fulgentius placiadis.

Pſe. Immo atrienſi ego īpero. Har. qd tu ſeruus ne es an liber?
Pſe. Nunc qdē etiam ſeruio. Har. ita uidere: & non uidere dignus
Q ui liber ſies. Pſe. nō ſoles reſpicere te: cū dicas iniuſte alteri
Har. Nunc hominē malū eē oportet. Pſe. di me ſeruant: atq; amant
Nā hæc mihi incus eſt. ꝓcudam ego hodie hinc multos dolos
Har. Q uid illic ſecū ſolus loqt? Pſe. qd ais tu adoleſcēs. Har. qd ē?
Pſe. Es ne tu an nō: es ab illo milite macedonico ſeruus eius: qui

Es ab illo.

Hinc a nobis eſt mercatus mulierē? qui argenti hero meo
Lenoni quindecim minas dederit quinq; debet? Har. ſum
Sed ubi tu me nouiſti gentium. aut uidiſti. aut conlocutus?
Nā equidē athenis antidhac nunq̃ adueni neq; te uidi
Ante hunc diē unq̃ oculis meis? Pſe. quia uidere inde eſſe:
Nam olim cū abiit: argento hic dies præſtituta eſt quo
Ad referret nobis: neq; dum retulit? Har. imo adeſt.
Pſe. Tun attuliſti? Har. ego met. Pſe. quid dubitas dare?
Har. Tibi ego dem. Pſe. mihi hercle uero: qui res ratōeſq; heri
Ballionis curo: argentum accepto. expenſo: & cui debet dato?

Acceptoex penſo dato

Har. Siquidem hercle etiā ſupremi ꝓmptas theſauros iouis
Tibi libellam argenti nunq̃ credā: dū tu ſtrenuas.

Strenuas

Pſe. Res erit ſoluta. Har. utinā potius ſic ſeruauero.
Pſe. Væ tibi: tu inuentus uero meā qui forcilles fidem.

Forcilles fidem.

Q uaſi mihi non ſexcenta talenta tanta ſoleant credier
Har. Poteſt ut alii ita arbitrentur: & ego ut ne credam tibi
Pſe. Q uaſi tu dicas me te uelle argento circūducere.

Circūducerē

Har. Immo uero quaſi tu dicas qualiq; ego aūt id ſuſpicer.
Sed quid eſt tibi nomen? Pſe. ſeruus ē huic lenoni ſyrus
Eū eſſe me dicā? ſyrus ſum. Har. ſyrus. Pſe. id eſt nomē mihi
Har. Verba multa facimus: herus ſi domi eſt tuus. quin ꝓuocas.
Vt id agam quo miſſus hic ſum. Pſe. qcqd eſt nomen tibi
Si intus eſſet. euocarem: ueꝝ ſi dare uis mihi magis erit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Solutum: q̃ ipſi dederis? Har. at enim ſcin quid eſt?
Reddere hoc non perdere: herus miſit nunc certe ſcio:
Hoc febrim tibi eſſe: quia non licet hoc inicere ungulas.
Ego niſi ipſi ballioni nũmum credam nemini.
Pſe. At illic nunc negocioſus eſt res agitur apud iudicem.
Har. Di bene uortant: at ego quãdo eum eſſe cenſebo domi:
Rediero: tu epiſtolam hanc a me accipe: atq; illi dato:
Nam iſtic ſymbolum ẽ inter herum meũ: & tuũ de muliere:
Pſe. Scio equidem: ut qui argentum adferret: atq; expreſſam
Imaginẽ ſuã huc ad nos: quom eo aiebat uelle mitti mulierem.
Nam hic quoq; exemplum reliquit eius. Har. omnẽ rem tenes:
Pſe. Q uid ego ni teneã? Har. dato ergo iſtũ ſymbolũ illi. Pſe. licet
Sed quid eſt tibi nomen? Har. harpax. Pſe. apagete.
Harpax haud places. huc quidẽ hercle haud ibis intro ni qd
Harpax feceris. Har. hoſtis uiuos rapere ſoleo ex acie: hoc
Nomen mihi ẽ. Pſe. pol te multo magis opinor uaſa ænea.
Ex ædibus. Har. nõ ita ẽ. ſed ſcin quid te orem ſyre. Pſe. ſciam ſi
Dixeris. Har. ego deuortor extra portã huc in tabernam tertiã
Apud anum illã doliarem claudam craſſam chryſidem.
Pſe. Q uid uis. Har. inde ut me arceſſas: herus tuus ubi uenerit.
Pſe. Tuo arbitratu maxime? Har. nã ut laſſus ueni de uia
Me uolo curare: Pſe. ſane ſapis. & conſilium placet.
Sed uideſſis ne in quæſtione ſis quando arceſſam te.
Har. Q uin ubi prandero: dabo operã ſomno. Pſe. ſane cenſeo:
Har. Hũc quid uis? Pſe. dormitum ut abeas. Har. abeo.
Pſe. Atq; audin harpage iubeſſis te opiri. beatus eris ſi cõſudaueris.

Pſeudolus ſeruus

d I imortales conſeruauit me illic homo aduentu ſuo:
Suo uiatico reduxit me uſq; ex errore in uiam.
Nam ipſa mihi opportunitas non potuit opportunius
Aduenire: quã hæc allata eſt mihi opportune epiſtola:
Nã hæc illa ea cornu copiæ ẽ: ubi ineſt quicqd uolo.
Hic doli. hic fallaciæ omnes ſunt: hic ſunt ſycophantiæ
Hic argentum: hic amica amanti herili filio.
Atq; ego nunc ut me glorioſum faciã & copi pectore
Q uo mõ quicq; agerem: ut lenoni ſurriperem mulierculam
Iam inſtituta ornata cuncta in ordine habeo: ut uolueram
Certa deformata babebam: ſed profecto hoc ſic erit.
Centum doctũ hominũ conſilia hæc deuincit dea
Fortuna: atq; hoc uerũ eſt ꝑinde: ut quiſq; fortuna utitur
Ita præcellet: atq; exinde ſapere eum omnes dicimus.
Bene ubi qd diſcimus conſiliũ accidiſſe hominem cautum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum cui uertit male.
Stulti haud ſcimus: fruſtra ut ſcimus: cum qd cupienter dari
Petimus nobis. quaſi quid in rẽ ſit poſſimus noſcere:

Exemplũ. Symbolũ. — Harpax feceris. — Doliaris anus. — Laſſus de uia. In q̃one ſis — Opportunitas oppor tunius — Cornu copiæ. — copi pectore — Fortuna.



Certa amittimus dum incerta petimus. atq; hoc uenit
In labore atq; in dolore: ut mors obrepat interim.
Sed iam ſatin eſt philoſophatum. nimis diu & longum loquor?
Di imortales orichalco contra non carum fuit
Meum mendacium: hic modo quod ſubito cõmentus fui.
Q uia lenonis me eſſe dixi. nunc ego hac epiſtola
Tres deludam herum: & lenonem: & q hanc mihi dedit epiſtolam.
Euge par pari. aliud autem quod cupiebam contingit.
Venit eccum callidorus. ducit neſcio quem ſecum ſimul.

Callidorus. Charinus adoleſcens. Pſeudolus.

Cal. Vlcia atq; amara apud te ſum elocutus omnia.
d Scis amorem. ſcis laborem: ſcis egeſtatem meam
Ch. Cõmemini omnia dic tu modo me quid uis facere. faciam.
Cal. Cum hæc tibi alia ſum elocutus. ut ſcirem ſi ſcis de ſymbolo.
Ch. Omnia inq̃. tu modo quæ me facere uis fac ut ſciam.
Cal. Pſeudolus ita mihi imperauit ut aliquem hominem ſtrenuum
Beneuolentem adducerem ad ſe. Cha. ſeruas imperium probe.
Nam & amicum & beneuolentem ducis. ſed iſtic pſeudolus
Nouus mihi ẽ. Cal. nimium ẽ mortalis graphicus heuretes mihi eſt
Is mihi hæc eſſe effecturum dixit quæ dixi tibi.
Pſe. Magnifice hominem compellabo. Ca. cuia uox ſonat. Pſe. io.
Io te te tyrãne: te rogo qui imperitas pſeudolo.
Cal. Q uæro quoi ter. Pſe. trina triplicia tribus modis. me tria gaudia
Artibus tribus: ter demeritas. dein lætitias de tribus
Fraude partas per maliciam. & per dolum: & fallaciam
In libello hoc obſignato ad te attuli pauxillulo?
Ch. Illic homo eſt ut paratragœdiat carnufer
Cal. Confer gradum contra at ſaltem brachium
Dic utrum ſpem ne an matrem te reſalutem pſeudole:
Pſe. Imo utrunq;. Ca. utrunq; ſalue: ſed quid actum eſt. Pſe. quid times
Cal. Attuli hunc. Pſe. quid attuliſti? Cal. adduxi uolui dicere
Pſe. Q uid iſtic eſt. Cal. charinus. Pſe. euge. iam charynum uolo
Ch. Q uin tu quicquid opus eſt mihi audacter imperas
Pſe. Bene ſit charine nolo tibi moleſtos eſſe nos?
Ch. Vos moleſtos mihi: moleſtum eſt quidem. Pſe. tum igitur mane:
Ch. Q uid iſtuc eſt? Pſeu. epiſtolam mõ hanc intercepi: & ſymbolum:
Cal. Symbolum? quem ſymbolum. Pſe. qui a milite alienatuſt: modo:
Eius ſeruus qui hunc ferebat cum quinq; argenti minis
Tuam qui amicam hinc accerſebat ei os ſubleui modo.
Cal. Q uo modo. Pſe. horum cauſa hæc agitur ſpectatorum fabula
Hi ſciunt qui hic adfuerunt: uobis poſt narrauero.
Cal. Q uid nunc agimus? Pſe. liberam hodie tuam amicam amplexaber
Cal. Ego ne. Pſe. tu te. ego ipſus inq̃. ſiquidem hoc uiuet caput
Si modo mihi hoiem inuenietis ꝓpere? Cal. qua facie. Pſe. malum
Callidum doctum: qui quando principium prehenderit

Par pari. — Heuretes — Paratragœdiat. — Attuli ad duxi. — Quẽ ſymbolum. — Os ſubleui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

Porro ſua uirtute teneat.quid ſe facere oporteat.
Atq; eum qui non hic uſitatus ſæpe ſit.Cha.ſi ſeruos eſt
Vſitatus. Nunquid refert? Pſe.imo multo mauolo q̃ liberum
Cal. Poſſe opinor me dare hominem tibi malum & doctum modo
Q ui a patre aduenit chariſto.nec dum exiit ex ædibus
Q uoquam.neq; athenas aduenit unq̃ ante heſternum diem
Pſe. Bene iubeſſis:ſed quinq; inuentis opus eſt argenti minis
Mutuis quas hodie reddam.nam unam huius mihi debet pater.
Ch. Ego dabo ne quære aliunde.Pſe.o hominem opportunum mihi
Petaſo. Etiam opuſt chlamyde & machæra:& petaſo.Ch.a me poſſũ dar.
Pſe. Di imortales non charinus mihi hic quidem eſt:ſed copia
Sed iſtic ſeruus ex chariſto hic qui aduenit quid ſapit
Manuleata Cal. Vſq; a cunabulis.Pſe.manuleatam tunicam habere hominẽ decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore.Cal.atq; accidiſſimi
Pſe. Q uid ſi opus ſit ut dulce promat indidem ecquid habet.
Ch. Rogas:murinam:paſſum:defrutum:mellinam:mel:quoiuſmodi
Hermopolium. Q uin in corde inſtruere quondam cœpit hermopolium
Pſe. Euge pellepide charine.me meo ludo iam beas.
Sed qui nomen eſſe dicam ego iſti ſeruo? Ch.ſimiæ
Verſari i re aduorſa. Pſe. Scit ne in re aduorſa uerſari.Cha.turbo non æque citus eſt
Pſe. Ecquid argutus eſt.Ch.malorum facinorum ſæpiſſime.
Pſe. Q uid cum manifeſto tenetur.Ch.angulaſt:elabitur:
Plebiſcitũ. Pſe. Ecqd is homo eſt ſcitus.Cal.plebiſcitum non æque ſcitum eſt.
Pſe. Probus homo eſt ut prædicare te audio.Cal.imo ſi ſcias
Vbi te aſpexerit.narrabit ultro quid eſſe uelis:
Sed quid es acturus.Pſe.dicam ubi hominem exornauero
Subditici⁹ Subditicium fieri ego illum militis ſeruum uolo
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinq; argenti minis.
Mulierem ab lenone abducat.hem tibi omnem fabulam
Cæterum quo quicq; pacto faciat ipſi dixero?
Cal. Q uid nunc igitur ſtamus? Pſe.hominem cum ornamentis oĩbus
Exornatum adducite ad me:iam ad trapezitam æſchinum
Sed properate.Ch.prius illic erimus q̃ tu.Pſe.abite ergo
Ocius qcquid incerti mihi in animo prius:aut ambiguum fuit:
Liquet. Nunc liquet:nunc defecatum.ſi cor mihi nunc peruiuſt
Defecatum Omnes ordines ſub ſignis ducam legiones meas
Sub ſignis legiones ducam. Aui ſiniſtra auſpicio liquido:atq; ex ſententia
